La scrittura è una corsiva notarile posata, rispettosa del rigo immaginario, meno dello specchio grafico, che sfora non soltanto a destra, ma anche a sinistra. Abbastanza vicina al modello caninizzato, è soltanto in apparenza sciolta, mentre ad un'analisi attenta denota una certa rigidità, con variazioni continue dell'asse di tracciatura delle lettere rispetto al rigo. Consuete la forme d'abbreviazione, rispettato il formulario professionale.

In[a] Christi nomine, amen. Anno[b] eiusdem millesimo trecentessimo / quadragesimo septimo, indic(t)ione XV[a], die primo intrante augusto, presentibus / Henrico filio condam Iacobi de Cucanea, Leonardo filio condam Cutuli de / Parthenstayn, Iohanne condam Sacil de Furno inferiori testibus ad hoc vo/catis et rogatis et aliis. In sacristia ecclesie Sancti Petri de Carnea, / ad sonum campane, ad capitulum more solito congregati, venerabiles / viri domini Guilielminus prepositus, Petrus, V(intui)nus, Bonifacius, / Henricus de Faganea, Ulvinus de Civitate, omnes canonici prelibate / ecclesie, advertentes graves servicia per discretum virum dominum presbiterum / Benevenutum cappellanum de Atimis, diu in eorum et dicte ecclesie receptum / canonicum et in fratrem, ipsis dominis preposito et canonicis facta et in / posterum, prestante Domino, facienda, ipsi domino Benevenuto unanimiter / [et][c] concorditer vocem in capitulo libere contulerunt. Ita dumtaxat si statu/tum in contrarium non apparetur, cui statuto obviare aliqualiter non in/tendunt, hoc addito et adiecto quod citare non debeat extra Carneam / […] nisi cum ipse in dicta ecclesia presens ass[…][d]

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e ornata, scendendo fino al secondo rigo.*
[b] *La* A *maiuscola iniziale è ingrandita.*
[c] *Si propone questa integrazione su desquamazione dell'inchiostro.*
[d] *L'atto termina con questo rigo parzialmente illeggibile per la rifiliatura della pergamena.*

16.

1348 agosto 6, Udine, nell'abitazione del testatore

Testamento nuncupativo di prete Nicola quondam Pietro Bello da Osio, pievano di Flambro, con il quale nomina suo erede universale Giovannolo da Lissone; elegge a suo luogo di sepoltura la chiesa di S. Maria maggiore di Udine, dinnanzi all'altare di S. Niccolò, istituendo un legato per la sua anima, con il quale dotare l'altare, costituito dalle case di sua proprietà site in Udine e dall'appezzamento di terra sito in Udine nel borgo inferiore. Il giuspatronato sarà riservato al suo erede. Stabilisce l'acquisto di un reddito per trecento fiorini d'oro destinato all'istituzione di un nuovo beneficio nella chiesa di S. Maria maggiore, destinato al nipote Antonio figlio di Anselmo. Tra gli altri legati istituisce un legato di venticinque fiorini d'oro per la fabbrica del nuovo battistero di S. Giovanni presso S. Maria maggiore. Altri legati per le sorelle Pirina e Onestina e per la sua serva Venuta e per prete Niccolò Sammardenchia. Lascia all'erede universale di disporre lasciti per i suoi nipoti Anselmino e Martino.

Originale membr., mm 457x214 , A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 16.

ATTERGATI: di mano forse coeva "M°III° XLVIII° die VI° augusti". Di mano coeva, forse altra, ma ritoccata nei secoli successivi "1348. Testamentum quondam domini presbiteri Nicole plebani de Flambro, qui mandavit dotari altare sancti Nicolai vel aliud in ecclesia Utinensis", cui segue forse un "augusti" e "1348". In lapis di mano del secolo XX "16 Tomo III".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, bene dealbato, con irregolarità di taglio lungo il margine destro e forma quindi non regolare. L'inchiostro è bruno chiaro, sufficientemente leggibile.

La scrittura è una corsiva notarile posata, regolare e calligrafica, disinvolta nel tratto, con forete adesione al modello canonizzato. Le forme sono regolari e il ductus è aderente al rigo immaginario, con armoniosa disposizione delle proporzioni nelle lettere. Lo specchio grafico, indicato da rigatura al piombo, è rispettato, salvo diverse sforature al margine destro. Il notaio denota buona padronanza professionale, con appropriate abbreviature e corretto uso del formulario.

In[a] nomine Domini, amen. Anno[b] a nativitate eiusdem Domini millesimo tricentesimo quadragesimo octavo, indictione / prima, die sexto augusti, actum Utini in camera domus habitationis infrascripti testatoris, / presentibus discretis viris Iohanetto canonico Utinensi, presbiteris Pasculo de Utino, Marçutto / filio olim Dominici Briçardi de Burgo Greçani de Utino, Nicolao Samerdencha plebano Turide, / Venuto magistri Amarlici de Postcolle, Paulo de villa Greçani, Stiphynutto Nicoli seredurar(ii) ac / Vuilielmo cantore et Mathiusio olim

[a] *La* I *iniziale è ingrandita e ornata e scende fino al nono rigo di scrittura; la* n *è ingrandita e potenziata.*

Bartholomei tabernarii omnibus beneficiatis in maiori ecclesia / Sancte Marie de Utino testibus et aliis rogatis a testatore infrascripto specialiter et vocatis. Dompnus / presbiter Nicola plebanus de Flambro Aquilegensis diocesis, qui fuit de Osio condam Petri Belli, per / Dei gratiam sanus mente et sensu, licet languens corpore, timens ab intestato decedere ac irritans et / cassans per presens testamentum omne aliud testamentum per eum alias factum sub quacumque verborum forma, / et volens presens suum testamentum certis aliis conditis prevalere, dispositionem omnium bonorum suorum pre/sencium et futurorum per presens suum ultimum testamentum nuncupativum sine scriptis in hunc modum facere / procuravit. Imprimis quidem animam suam altisimo Creatori recomendavit et restituit corpus / vero suum apud ecclesiam maiorem Sancte Marie de Utino ante altare Sancti Nicolai sepelliri mandavit, / quod altare vel aliud quod placeret infrascripto suo heredi de bonis suis, cum domibus anterioribus et poste/rioribus cum earum pertinenciis dicti testatoris in quibus habitat ad presens, positis Utini iuxta domum olim / domini Albirtini canonici Utinensis et Zenarium[c] de Risano et Batutos Sancte Marie Misericordie / et viam publicam, solvendo censum consuetum et cum area et orto suo sitis in Rauseto burgo in/feriori Utini iuxta Venutum Cataldini et quosdam de Lovaria dotavit, ita quod unus sa/cerdos ibi instituatur, qui omni die celebret pro anima sua et parentum suorum et habeat redditum / et proventum dictarum domorum, aree et orti; et si vendi possent domus predicte, area et ortus, quod / vendantur per eius infrascriptum heredem et emantur per eum fictus qui solvantur sacerdoti predicto, reserva/to semper iure patronatus in ellectione dicti presbiteri elligendi infrascripto suo heredi et eius heredibus aut cui / comiserit. Item ordinavit quod istud beneficium sit unitum cum beneficio infrascripti sui heredis, secundum quod dictus / heres duxerit ordinandum, et si dictus heres unire nollet, quod ordinet sicut sibi placet. Item ordinavit / quod pro tricentis florenis auri emantur redditus perpetuales et fiat quoddam beneficium de novo / in maiori ecclesia Utini, quod beneficium dari et conferri rogavit Antonio filio Anselmi nepotius ipsius te/statoris, et si dictus Antonius decederet, quod reservatum sit infrascripto heredi suo ius patronatus et / ellectionis alterius clerici in dicto beneficio. Item legavit pro anima sua ecclesie de Flambro marchas / tres denariorum Aquilegensium cum quibus eius infrascriptus heres emat unum fictum perpetuale ipsi ecclesia perpetuis / temporibus annuatim persolvendum cum quo vicarius dicte plebis suum perpetuo faciat anniversarium. Item legavit / pro incertis florenos auri centum. Item ordinavit, voluit et mandavit quod pro quinquaginta florenis / auri ematur redditus perpetuales per cameram maioris ecclesie Sancte Marie de Utino cum quibus prefati camer/arii una cum dicto herede suo et eius locumtenente faciant singulis annis perpetuo suum anniversarium / in vigilia et missa secundum quod eis utile videbitur et salubre pro anima

---

[b] *La* a *iniziale è ingrandita e potenziata.*
[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*

ipsius testatoris, dictis camerariis / in se annuatim retinentibus de dictis redditibus denarios octo pro ipsorum labore. Item legavit cuilibet ecclesie site / intra foveas Utini denarios viginti. Item legavit ad fabricam baptisterii Sancti Iohannis, quod nuper edi/ficatur apud maiorem ecclesiam Sancte Marie de Utino florenos auri vigintiquinque. Item legavit Pirine et / Honestine sororibus suis florenos auri vigintiquinque pro qualibet iure institutionis et hereditatis, / de quibus eas voluit et mandavit esse tacitas et contentas et ulterius petere non posse de bonis / suis. Item legavit unicuique qui petere posset iuste hereditatem suam vel aliquid de bonis suis iure institutionis et hereditatis[d] soldos / vinginti parv(ulorum) pro quolibet, de quibus eos et quemlibet eorum voluit esse tacitos et contentos et / ulterius petere non posse. Item legavit Venute servitrici sue marchas tres denariorum Aquilegensium / et unum par pannorum a dorso suo. Item legavit presbitero Nicolao Samerdenche testi predicto pro / anima sua marchas duas denariorum Aquilegensium. In omnibus autem suis bonis mobilibus et immobilibus, / scossis, iuribus et actionibus quibuscumque tam presentibus quam futuris dominum Iohanolum de Lisono condam / domini Gracii Utini comorantem sibi universalem instituit heredem, comittens sibi quod dare debeat / de bonis dicti testatoris Anselmino et Martino fratribus nepotibus dicti presbiteri Nicole secundum quod / sibi Iohanolo videbitur. Et hanc quidem suam ultimam aseruit esse voluntatem et ultimum testa/mentum, quam valere voluit iure testamenti et si iure testamenti non valeret, voluit saltim / valere iure codicillorum vel alterius cuiuscumque ultime voluntatis iure, quo melius valere potest / et tenere. (Subscripsi)[e]. [f]

S. T. Et ego Dominicus Zirbini[g] de burgo inferiori Utini imperiali auctoritate notarius predictis omnibus / interfui et rogatus a dicto testatori scripsi et publicavi signumque meum et nomen apposui / consuetum. (Subscripsi).

---

[d] iure institutionis et hereditatis *aggiunto in nota emarginata a destra e apposito richiamo nel rigo.*
[e] *Compare una doppia* s *che generalmente è sciolta con un* subscripsi*; resta incerto lil significato del suo inserimento in questo punto del documento.*
[f] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 22.*
[g] *La* z *è resa con il segno specifico.*

17.

1348 ottobre 2, Udine, in mercato vecchio

Esempio autentico del notaio Giacomo quondam magister Gellio da Udine tratto dalle imbreviature del notaio Andrea quondam Leone da Udine della donazione fatta inter vivos da Armilot quondam Bertolissio da Udine in favore di frate Anzutto da Udine e del convento dei frati predicatori di una casa di proprietà di Armilot sita a Udine in mercato vecchio. La donazione è sotto la condizione che i frati predicatori di Udine celebrino ogni anno l'anniversario della donatrice e dei defunti sposi Siello e Benvenuta. Consuete clausole di garanzia del negozio. Contestualmente viene effettuata da frate Anzutto da Udine l'immissione in possesso del bene donato alla presenza del notaio e di tre testimoni.

Originale membr., mm 262x228, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 17.

ATTERGATI: di mano forse coeva "+ Donatio facta predicatoribus per dominam Armilot de certis domibus positis in mercato veteri pro faciendo anniversarium Suelli et Benevenute iugalium et suum". Di mano forse del XIX secolo "1348 2 ottobre": In lapis di mano del secolo XX "17 Tomo III".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo per le tracce delle piegature e una lacerazione lungo il margine destro e lungo il margine inferiore, rabbrecciate con restauro moderno. Un foro compare nella parte inferiore della pergamena, molto probabilmente d'origine naturale. L'inchiostro è di un bel bruno chiaro, bene leggibile. Tracce di sbavature dal calamo.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto corrente, denotante una buona familiarità con l'atto scrittorio. Lo specchio grafico è sufficientemente rispettato, anche per la riquadratura al piombo ancora avvertibile; normali sforamenti lungo il margine destro. Il ductus rispetta abbastanza il rigo immaginario. La corrività dell'atto scrittorio fa sì che sovente il calamo sbavi l'inchiostro, così da rendere la scrittura più spessa e sfocata. Normale il rapporto tra corpo delle lettere e aste verticali, aderente la scrittura al modello canonizzato. Consuete le forme d'abbreviatura; l'uso del formulario abbastanza disinvolto denota un buon livello professionale.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo quadragiesimo octavo, […][b], die / secundo mensis octubris, presentibus Tomasio aurifice condam Stephani, Ia[cobo][c] sartore filio Nicolai de Bertaldia, Iohanne / aurifice condam Dominici (Choi), Victore filio Iacobi de Greçano testibus et aliis Utini comorantibus. Domina Armilot condam / Bertolissii de Utino sponte, libere, donationis titullo[d] et cetera per se suosque heredes dedit et donavit religioso fratri / Ançutto de Utino stipulanti et recipienti iure et nomine conventus

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata.*
[b] *Nel rigo segue uno spazio bianco di mm 42 circa: è quindi assente l'anno indizionale.*
[c] *Per il desquamamento dell'inchiostro si deve ricorrere alla lampada di Wood.*

fratrum predicatorum de Utino quandam domum / sitam in mercato vetum iuxta heredem condam Passii Buschini et ipsum mercatum, ad habendum, tenendum, posi/dendum, dandum, donandum, permutandum in solutum dandum pro anima et corpore iudicandum et quidquid deinceps / placuerit eisdem fratribus et conventui faciendum, absque contradicione, repetitione dicte donatricis suorumque heredum et cuiuslibet / alterius persone, cum omni iure et actione, usu seu requisicione, servitute, dominio, honere et honore, comodo et utilitate / sepedicte donatrici aut ad ipsam modo aliquo spectantibus vel pertinentibus tam de iure quam de facto. Constituens/que dicta donatrix se amodo dictam domum donatam nomine dicti conventus et ordinis dictorum fratrum posidere donec ipsius tenu/tam et possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi et auctoritate propia[e] retinendi deinceps eidem fratri Ançutto / stipulanti, ut (dictum) est, licentiam omnimodam contullit et dedit. Pret(ere)a promisit domina domina[f] Armilot et cor/poraliter ad sancta Dei evangellia iuravit per se suosque heredes cum obligatione omnium suorum bonorum presencium et fu/turorum dampnorum omnium et expensarum litis et extra ac interesse refectione se obligando stipulationi sollempni eidem / fratri Ançutto stipulanti et recipienti pro dicto conventu dictam donacionem et omnia ac singulla in hoc instrumento contenta / perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, atendere, conplere et in omnibus observare, numquamque contra predictam donacionem / vel contra predicta omnia et singulla vel predictorum aliquod dicere, facere vel venire per se vel per allium, ratione aliqua, dolo, / ingegno sive causa, de iure vel de facto, sub pena dupli valoris dicte domus ut pro tempore plus valuerit vel me/liorata fuerit, minus quinque solidos Veronensium parv(ul)orum stipulatione promissa in singulis capitulis huius contractus, qua soluta vel [non][g], / presens instrumentum in se plenum obtineat robur, renunciansque omni legum, iuris et usus auxilio sibi conpetenti / vel competituro, quibus a predictis se posset modo aliquo deffendere vel tueri. Pacto tamen habito inter dictas partes / quod fratres dicti conventus annuatim anniversarium condam magistri Sielli et Benvenute iugalum et suum facere teneantur. / Actum Utini, in mercato veteri, ante domum consuete habitationis donatricis prefate.

Item dicta die, presentibus prefatis magistro Thomasio et Iacobo sartore ac Victore et aliis. Religiosus vir frater / Ançuttus de Utino ordinis predicatorum veniens (coram) dictis testibus et me notario ad hostium domus [olim][h] magistri Sielli / de Utino posite in mercato veteri donate ipsi fratri Ançutto recipienti vice et nomine conventus loci predicti predicatorum, / cuius domus hii sunt confines, ab una parte sunt [heredes][i] condam Pasii Buschini, ab ante est

---

[d] *da intendersi* titulo.
[e] *Da intendere* propria.
[f] *Errore di ripetizione dello scriba.*
[g] *SI propone questa integrazione su lacerazione a margine.*
[h] *La desquamazione dell'inchiostro impone l'usod ella lampada di Wood per questa integrazione.*
[i] *La desquamazione dell'inchiostro impone l'usod ella lampada di Wood per questa integrazione.*

forum vetus et cetera, capiendo / per vertem hostii predicti et claudendo et aperiendo, ut est moris, in signum vere possessionis et corporalis tenute, protestatus / fuit se intrasse possessionem dicte domus nomine conventus predicti et illum esse dominum et proprietarium dicte domus vigore / donacionis superius nominate, rogans me ut de hiis publicum debere conficere instrumentum. Actum Utini, in mercato / veteri, ante domum superius nominatam et donatam. [j]

S. T. Et ego Iacobus filius olim magistri Gelli de Utino imperiali auctoritate notarius publicus ex comissione / mi(c)hi facta per egregium et potentem virum dominum Franciscum de Savorgnano, sede Aquilegensi vacante, / Dei gratia honorabillem vicedominum, prout in abreviaturis olim Andree notarii condam Leonis de Utino / adinveni, ita fideliter scripsi, nil addens vel minuens quod sensu mutet vel variet intelectum / et ad perpetuam formam reduxi.

[j] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 9.*

18.

1348 ottobre 14, tarcento, nell'abitazione di Leonardo quondam Artico Bagatto

Procuratorio di Leonardo quondam Artico Bagatto da Tarcento in favore di Lorenzo detto Vuatto abitante in Tarcento, con il quale lo nomina suo procuratore alla vendita di un suo manso sito a Flumignano e retto da Martino, Cucino e Vignuto e altri soci di Flumignano. L'acquirente è Giovannolo da Lissone. Clausole consuete liberatorie e di salvaguardia per l'operato del procuratore.

Originale membr., mm 177x150, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 18.

ATTERGATI: di mano coeva "1348. Procuratorium […]" sul quale mano del secolo XVIII ha effettuato alcuni ritocchi per rendere leggibile la rubrica "Procuratorium spectans ad mansum de Flumignano". Mano del secolo XIX ha aggiunto alla data "14 ottobre". In lapis di mano del secolo XX "18 Tomo III".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione. L'inchiostro è di un bruono carico, bene leggibile. Lo specchio grafico è ben ordinato e rispettato, salvo le fisiologiche sforature lungo il margine destro.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto posata, minuta, anche per adattarsi alla ristrettezza del supporto grafico. Ordinata e sistematica, essa presenta il ductus che rispetta il rigo immaginario e ha un aspetto di una certa efficacia calligrafica. Il rapporto tra corpo delle lettere e aste verticali è regolare e standardizzato; molto aderente al modello canonizzato. Le abbreviature sono quelle ordinarie. L'uso sicuro delle consuete formule notarili denota un discreto livello professionale.

In[a] Christi nomine, amen. Anno Domini millesimo trecentessimo quadragessimo octavo, indic(t)ione prima, die / quatuordecimo mensis octubris, presentibus nobilibus viris domino Fedrico de Castello et Riçardo filio / domini Iohannis Francissi de eodem loco, Corado condam Martini de Stella, Marino condam Andree / de Michotes, Nicolao dicto Picolo condam Cusini de Tercento testibus et alliis[b]. Leonardus /condam domini Artichi Bagatti de Tercento pro se et fratribus suis fecit, constituit et ordinavit / Laurencium dictum Vuatum comorantem in Tercento absentem tamquam pressentem, suum verum nuncium, / actorem, factorem, negoc(iorum) gestorem et legitimum procuratorem generalem et specialem, specialiter / ad vendendum unum suum mansum situm in Flumignano, rectum per Martinum, Cucinum / et Vignutum atque socios eorum de dicta villa, et iure proprio in perpetuum honesto viro Iohano[c] / de Lisone comoranti in Utino pro quocumque precio, prout dicto suo procuratori melius videbitur / expedire, et[d] vel

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata e scende fino al terzo rigo.*
[b] *Forse lo scriba utilizza la doppia* l *per indicare il plurale.*
[c] *Sarà da intendere* Iohanolo.
[d] *Forse questo* et *è depennato.*

persone alteri cuicumque et ad vocandum se solutum de precio, exceptioni renun/tiandum, finem de ipso faciendum et si plus valeret, nominando precio, nomine mere et pure donacionis / illud plus dondandum irrevocabiliter, dictumque manssum cum omnibus iuribus et pertinenciis / suis modo quocumque sibi spectantibus vendendum et dandum, et ad obligandum dictum Leonar/dum suosque fratres et heredes atque bona de manutenendo ipsum manssum emptori iure proprio / in perpetuo et quod dicti fratres sui contra predicta non venient, sed dictam vendicionem et donacionem, quum erunt / in legitima etate, ratificabunt et aprobabunt, sub pena dupli valoris ipsius / mansi pro tempore et ad precandum quemcumque hominem et manutentorem ponendum et dicto manute/nutori promitendum de relevando ipsum suosque heredes et bona a predicta obligacione et pro ipsis atten/dendis sibi sub pena quacumque eius bona obligandum et nuncium quemcumque tenute / dandum, instrumentumque vendicionis de consilio sapientis cum omnibus capitulis oportunis faciendum / et dicto manutentori similiter instrumentum faciendum cum capitulis omnibus oportunis et, si dicto / suo procuratori videbitur, dictum mansum modo quocumque alienandum tam pro pignore mobili / quam modo alio quocumque melius expedire et instrumentum alienacionis faciendum et cuicumque / et generaliter omnia et singula faciendum que ipsemet Leonardus facere posset, si personaliter / interesset in predictis et circha predicta tam in iudicio quam extra, promittens quoque dictus / Leonardus michi notario infrascrito[e] stipulanti vice et nomine quorum interest vel / interesse poterit id et omne id et quidquid factum fuerit vel procuratum fuerit per dictum / suum procuratorem in predictis et circha perpetuo ratum, gratum et firmum habere et tenere et non / contrafacere vel venire, fide data sub nomine sacramenti, procuratoremque suum relevare / ab omni honere satisdandi suosque heredes et bona inde(mp)nes et penitus sine dampno sub / ypothecha omnium rerum suarum. Actum Tercenti, in domo dicti Leonardi. [f]

S. T. Et Ego Floriamundus condam Ropreti de Piçalua de Marano imperiali / auctoritate notarius hiis omnibus presens interfui rogatus et scripsi [g].

---

[e] *Da intendersi* infrascripto.
[f] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 9.*
[g] *Segue un segno d'abbreviazione che è riconducibile a* scripsi, *ma in questo caso del tutto privo di significato.*

19.

1348 ottobre 16, Udine, nella piazza del comune

Lorenzo da Rosazzo detto Buto, ora abitante in Tarcento, in qualità di procuratore di Leonardo quondam Artico Bagato da Tarcento, come da procuratorio integralmente citato, vende a Giovannolo da Lissone un manso sito nella villa di Flumignano al prezzo di quarantaquattro marche di denari aquileiesi, somma interamente versata e contestualmente quietanzata. Consuete clausole di garanzia del negozio. Viene nominato manutentore il testimone Enrico detto Budrio quondam Rainerotto da Udine. Viene nominato nunzio in tenuta il testimone Pagano quondam Francino da Udine.

Originale membr., mm 419x349, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 19.

ATTERGATI: di mano probabilmente coeva, ma ritoccata forse nel secolo XVIII "Instgrumentum emptionis cuiusdam mansi positi in Flumignano spectantis ad dotem altaris maioris dotati per presbiterum Nicolaum seu Iohanolum heredem eius". Di mano del secolo XVIII "Altaris maioris 1348", cui a fianco è stato aggiunto con mano del XIX secolo " 16 ottobre". Sotto a tutto, di mano del secolo XVIII, ma forse differente dalla precedente "Hae duo instrumenta sunt similia". All'angolo superiore destro, in lapis di mano del secolo XX "19 Tomo III".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione; reca solamente le tracce delle pliche di piegatura e qualche macchia d'abbrunimento. Un foro d'origine naturale si rileva in corrispondenza del terzo rigo del documento 19 bis. L'inchiostro è marrone chiaro, ma bene leggibile, senza rilevanti segni di desquamazione. Lo specchio grafico è rigorosamente determinato dalla rigatura in piombo, che si nota anche per la regolare scansione dei righi grafici.

La scrittura è una corsiva notarile posata, calligrafica, con tendenza a formalizzarsi secondo i canoni della libraria. Qualche accenno a aste a banderuola. L'adesione al modello canonizzato è forte, esperto il gesto grafico. Il rapporto tra corpo delle lettere e aste è normale. Corretto il latino e l'uso del formulario, tanto da denotare una rispettabile preparazione professionale da parte del notaio.

Anno[a] Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indic(t)ione prima, die sextadecima mensis octubris, Utini super platea comunis ante domum habitationis magistri Bonaventure physici, / presentibus discretis viris Hendrico dicto Budrio condam domini Rayneroti de Utino, Ramondolo condam domini Gracii de Lisono Utini habitante, Tingo condam Tucii de Senis habitante Utini, / Pagano condam domini Francini de Utino, Phylipino condam domini Teraboti et Francisco porchario de Utino omnibus habitantibus Utini testibus et aliis ad hec vocatis et rogatis. Laurencius dictus / Butus de Rosaciis nunc habitans in Tarcento,

[a] *La* A *maiuscola iniziale è ingrandita.*

tamquam procurator et procuratorio nomine Leonardi condam domini Artici Bagati de Tarcento prout de dicto procuratorio continetur quodam publico instrumento procuratoris / scripto manu Floramundi notarii de Piçalua de Marano sub instantibus millesimo, indic(t)ione, die quartadecima presentis mensis octubris, cui quidem instrumenti tenor talis est: In Christi nomine, / amen. Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indic(t)ione prima, die quartodecimo mensis octubis, presentibus nobilibus viris domino Federico de Castello et Riçardo filio domini / Iohannis Francissi de eodem loco, Corado condam Martini de Stella, Martino condam Andree de Michotes, Nicolao dicto Picolo condam Cusini de Tarcento testibus et aliis. Leonar/dus condam domini Artichi Bagati de Tarcento pro se et fratribus suis fecit, constituit et ordinavit Laurencium dictum Butum comorantem in Tarcento absentem tamquam presentem suum verum nuncium, / actorem, factorem, negoc(iorum) gestorem et legitimum procuratorem generalem et specialem specialiter ad vendendum unum suum mansum situm in Flumignano rectum per Martinum, Cucinum et Vignutum atque socios eorum[b] de dicta villa et iure proprio in perpetuum honesto viro Iohanne de Lisone comoranti / in Utino, pro quocumque precio prout dicto suo procuratori melius videbitur expedire vel persone alterius cuicumque et ad vocandum se solutum de precio, exceptioni renunciandum, finem de ipso / faciendum et si plus valeret nominando precio nomine pure et more donacionis illud plus donandum inrevocabiliter dictumque mansum cum omnibus iuribus et pertinenciis suis modo / quocumque sibi spectantibus vendendum[c] et dandum et ad obligandum dictum Leonardum suosque fratres et heredes ad que bona de manu tenendo ipsum mansum emptori iure proprio in / perpetuo et quod fratres sui contra predicta non venient, set dictam vendicionem et donacionem, q(uoniam) erunt in legitima etate, ratificabunt et aprobabunt sub pena dupli valoris ipsius / mansi pro tempore et ad precandum quemcumque hominem et manutentorem ponendum et dicto manutentori promittendum de relevando ipsum suosque heredes et bona a predicta obligatione et pro ipsis / attendendis sibi sub pena quacumque eius bona obligandum et nuncium quemcumque tenute dandum, instrumentumque venditionis de concilio[d] sapientis cum omnibus capitulis oportunis / faciendum et dicto manutentori similiter instrumentum faciendum cum capitulis omnibus oportunis et, si dicto suo procuratori videbitur, dictum mansum modo quocumque alienandum tam / pro pignore nobili quam modo alio quocumque melius expedire et instrumentum alienationis faciendum et cuicumque et generaliter omnia et singula faciendum que ipsemet Leo/nardus facere posset si personaliter interesset in predictis et circha predicta, tam in iudicio quam extra, promittens quoque dictus Leonardus michi notario infrascripto stipulanti / vice et

---

[b] unum suum mansum … atque socios eorum *aggiunto alla fine dell'atto e richiamato nel testo mediante apposito segno di inserimento.*
[c] vendendum *corretto su* vendum.
[d] *Da intendersi* consilium.

nomine quorum interest vel interesse poterit id et omne id et quidquid factum fuerit vel procuratum fuerit per dictum suum procuratorem in predictis et circa perpetuo ratum, gratum et / firmum habere et tenere et non contrafacere vel venire, fide data sub nomine sacramenti, procuratoremque suum relevare ab omni onere satisdandi suosque heredes et bona indempnes et pe/nitus sine dampno sub ypotecha omnium rerum suarum. Actum Tarcenti, in domo dicti Leonardi. Et ego Floramundus condam Rompti de Piçalva de Marano imperiali / auctoritate notarius hiis omnibus presens interfui, rogatus et scripsi, pro ipso Leonardo et fratribus suis et eorum heredibus, precio et foro quadraginta quatuor marcharum denariorum Aquilegensis / monete, quod totum dictus Laurencius dicto nomine fuit confessus et contemptus habuisse et recepisse a domino Iohanolo condam domini Gracii de Lison Utini habitante, renuncians procuratorio nomine / antedicto exceptioni non habiti, non dati, non recepti ac non numerati dicti precii tempore huius contractus et omni legum et iuris auxilio, tam canonico quam civili omnique alii suo iuri, / actioni, exceptioni, defensioni et rei sibi conpetentibus vel conpetituris iure proprio, im perpetuum dedit, vendidit et tradidit eidem domino Iohanolo ementi et recipienti pro / se et suisque[e] heredibus aut cui ius suum dare voluerit, unum eorum mansum situm in villa Flumignani, rectum per Vignutum, Cominum, Martinum et Iacobum omnes de / dicta villa, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, vendendum, obligandum, pignorandum, permutandum, pro anima et corpore iudicandum et quicquid sibi et heredibus suis[f] <et>[g] / cui ius suum dederit, de cetero placuerit perpetuo faciendum, sine omnia contradictione dictorum Leonardi eiusque fratrem[h] et eorum heredum vel alterius cuiuscumque persone, cum omnibus et / singulis dicto manso spectantibus et pertinentibus et sediminibus, domibus, cureis, bayarçis, ortalibus, campis, pratis, pascuis, silvis, cultis et incul/tis, piscationibus, venationibus, aquis et aquarum dictibus et decursibus, et cum omnibus et singulis que habet super se vel infra seu intra se in integrum omnique / iure et actione, usu seu requisitione, servitute, dominio et honore, comodo et utilitate ipsis Leonardo et fratribus suis modo aliquo ex dicto vel pro dicto manso / aut ipsi manso vel iuribus suis spectantibus vel pertinentibus, tam de iure quam de facto, quem si quidem mansum prefatus Laurencius venditor pro cuius nomine antedicto se dicti / emptoris nomine constituit possidere, donec tenutam et corporalem possessionem accepit de dicto manso, quam accipiendi et auctoritate propria retinendi in se eidem emptori licenciam omni/modam contulit atque dedit, promittens dictus Laurencius procuratorio nomine quo supra cum obligatione omnium bonorum dictorum Leonardi et fratrum suorum presencium et futurorum et cum refectione / omnium dampnorum et

---

[e] *Si tratta di forma copulativa sovrabbondante.*
[f] suis *aggiunto emarginato a destra oltre la linea immaginaria dello specchio grafico.*
[g] *Si propone questa integrazione perché rende il testo corretto ed è coerente con il formulario comunemente adottato.*

expensium[i] litis et extra ac interesse eidem domino Iohanolo emptori stipulanti et recipienti pro se et heredibus suis presentem venditorem et omnia et singula / in hoc instrumento contenta perpetuo firma, rata et grata habere, tenere et non contrafacere vel venire per se vel alium seu alios, aliqua ratione, dolo, ingenio sive causa, ymo dictum mansum sic venditum / cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem domino Iohanolo et suis heredibus et cui ius suum dederit ab omni homine, universitate, ecclesia, colegio et persona legittime defendere, / auctoriçare, manutenere et in solidum disbrigare, sub pena dupli valoris dicti mansi, ut pro tempore plus valuerit minus quinque solidos Veronensium parvorum stipulatione promissa et ea / soluta vel non, presens instrumentum et omnia et singula in eo contenta obtineant plenum robur. Pro quibus omnibus attendendis et firmiter observandis, precibus et mandato prefati Laurencii, nomine se/pe dicto, Hendricus dictus Budrius testis suprascriptus in solidum extitit manutentor per se suosque heredes cum obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, promittens / omnia adimplere, que superius sunt premissa per antedictum Laurencium procuratorio nomine superius nominato, si ea adimplere negleserit. Nuncius autem tenute eidem emptori per prefatum Lau/rencium procuratorio nomine quo supra Paganus testis suprascriptus datus fuit, qui eundem emptorem in tenutam et corporalem possessionem dicti mansi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ponat / et inducat. [j]

S. T. Et Ego Bernardus filius Marchesii de Utino imperiali auctoritate notarius publicus hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

---

[h] *Da intendersi* fratris.

[i] *Generalmente viene utilizzato il femminile plurale di* expensa*, piuttosto che il femminile plurale di* expensio*; comunque in questo caso è evidente l'errore di latino: da intendersi* expensarum.

[j] *Di seguito compare l'integrazione all'atto già citata, richiamata con apposito segno d'inserimento. Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 8, equivalenti alla distanza di un rigo.*

19 bis.

1348 ottobre 20, Flumignano, presso la casa del manso

Verbale dell'immissione in tenuta del manso di Flumignano compravenduto ad opera di Pagano quondam Francino da Udine in favore dell'acquirente Giovannolo da Lissone, che agisce per mezzo del procuratore Orneto quondam Giovanni da San Giminiano, ora abitante in Udine.

Anno[a] Domini millesimo trecentessimo quadragesimo octavo, indictione prima, die vigesima mensis octubris, Flumignani prope domum sediminis infrascripti mansi, presentibus / Michaele condam Çilii, Nicholao condam Mathie, Vidono filio Dominici et Matheo condam Flumignani omnibus de dicta villa testibus et aliis. Paganus condam / [b] domini Francini de Utino nuncius tenute datus per Laurencium dictum Butum de Rosaciis nunc habitantem in Tarcento tamquam procuratorem et procuratorio nomine Leonardi condam domini Arti/chi Bagati de Tarcento prout de dicto procuratorio continetur quodam publico instrumento scripto manu Floriamundi notarii de Piçalva de Marano, sub instantibus millesimo et inditione, / die quartodecimo mensis octubris, ad ponendum et inducendum dominum Iohanolum condam domini Gracii de Lison Utini habitantem in tenutam et corporalem possessionem cusiudam mansi si/ti in Flumignano recti per Vignutum, Cominum, Martinum et Iacobum omnes de dicta villa, quem quidem mansum prefactus dictus[c] Iohanolus emit a predicto Laurencio procuratorio / nomine quo supra, prout continetur quodam publico instrumento scripto per me notarium infrascriptum sub instantibus millesimo et indicione, die sextadecima presentis mensis octubris, coram dictis / testibus et me notario infrascripto, auctoritate sibi tradita per eundem Laurencium nomine quo ut supra, capiens de paleis tectorum et capiens per portas sediminis dicti mansi et dando in manibus / Orneti condam Iohannis de Sancto Geminiano nunc Utini habitantis recipientis nomine et vice dicti Iohanoli, aperiendo et claudendo semel, secundo et tertio, ut moris est, ipsum Orne/tum nomine et vice antedicti domini Iohanoli in tenutam et corporalem possessionem dicti mansi cum omnibus singulis iuribus et pertinenciis suis posuit et induxit.
S. T. Et Ego Bernardus filius Marchesii de Utino imperiali auctoritate notarius publicus omnibus interfui et rogatus scripsi.

---

[a] *La* A *maiuscola iniziale è ingrandita.*
[b] *All'inizio di questo terzo rigo compare il foro naturale già segnalato.*
[c] *È forse da correggere in* dominus.

20.

1348 dicembre 1°, …

Testamento nuncupativo di Domeni(s)o Antivero quondam Morassio da Surnins, abitatore di Venzone, con il quale elegge a luogo di sua sepoltura la chiesa di S. Andrea di Venzone. Stabilisce quindi i legati di venti soldi per l'illuminazione della detta chiesa, di venti soldi per l'ospedale di S. Maria di Venzone e di dieci soldi per la chiesa di S. Maria di Retenea (Artegna?). Stabilisce che il camerario della chiesa di S. Andrea di Venzone faccia celebrare perpetuamente il suo anniversario in forza del legato di cinquanta soldi. Istituisce esecutori testamentari e commissari Francesco Endrigon da Venzone e i suoi propri fratelli Giacomo e Michele. Costituisce erede universale il figlio che deve nascere dalla moglie Margehrita, incinta. Nel caso di mancanza di figli o del loro decesso in età pupillare, saranno suoi eredi i fratelli Giacomo e Michele.

Originale membr., mm 316x156, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 20.

ATTERGATI: di mano forse coeva compare un attergato quasi completamente evanido, che a difficoltà msi discerne mediante l'uso della lampada di Wood: "Questa (sie) la charta del testamento D…… de S…." cui seguono altre tre parole inintelligibili. Al fianco sinistro di questo compare, nella solita mano del secolo XIX, 1348 1 dicembre". Sotto, appena decifrabile di mano forse del secolo XVIII "Testamentum de Venzono". In lapis, di mano del secolo XX "20 Tomo III".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione. L'inchiostro è di un bruno a volte sbiadito a volte tendente ancora al nero. Lo specchio grafico è rispettato con rigore, ancorché non compaiano tracce di rigatura al piombo.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto posata, di buona esecuzione. Il ductus segue con ordine il rigo immaginario e sfora i margini solamente a destra. Rispettosa delle forme canonizzate, essa denota un equilibrato rapporto tra corpo delle lettere e aste verticali.

In[a] Christi nomine, amen. Anno[b] nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimooctavo, indic(t)ione / prima, die lune primo decembris, presentibus magistro Iohanne curtisario, Antonio Zangaroli[c], / Nicolino Prioli, Stephano condam Nicolai Benz(…)[d], Iacobo Smitti, Iacuscio Bariglario et Leo/nardo Zaçarello[e] omnibus de Venzono[f] ac Rosso

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita.*
[b] *La* A *maiuscola è ingrandita.*
[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[d] *Non si è in grado di sciogliere questa abbreviazione. La* z *è resa con il segno specifico.*
[e] *La* z *è resa con il segno specifico. Resta problematica la compresenza di una* z *resa con la* ç *nella medesima parola. Potrebbe trattarsi di una correzione per rendere una* g*; in questo caso potrebbe leggersi* Zagarello.

condam Federici de Clusa testibus ad hoc vocatis et / ab infrascripto testatore specialiter rogatis et aliis. Domini(s)us[g] Antiver condam Morassii de Sur/nyns habitator Venzoni[h] licet eger corpore, tamen sue mentis compos et sobrius, / bonorum suorum omnium disposicionem per suum nuncupativum testamentum scriptum per me Nicolaum / notarium infrascriptum eisdem anno et indictione et die, facere procuravit. In primis quidem / sui corporis sepulturam sibi elegit apud ecclesiam Sancti Andree de Venzono[i], in quo / quidem testamento, inter cetera que voluit et disposuit, tale fecit legatum hiis / verbis expressum. Item de affictu medie marche denariorum, qui solvitur singulis annis pro / quatuor bayarciis sitis in pertinenciis de Surnins rectisque per Stephanum condam / Michuli de Retenea, dentur viginti solidi p(arvulorum) ad luminaria ecclesie Sancti / Andree de Venzono[j], et viginti solidi hospitali Sancte Marie dicti loci et / decem solidi ecclesie Sancte Marie de Retenea; pro residuo ordinavit fieri / anniversarium suum et, datis dictis quinquaginta solidis, ut dictum est, iussit de/inde in perpetuum fieri anniversarium suum per camerarium ecclesie Sancti Andree / predicte, qui pro tempore fuerit, pro toto affictu predicto. Commissarios autem suos et / huius testamenti executores esse voluit et disposuit Franciscum Hendrigon / de Venzono[k] et Iacobum et Michaelem eius fratres. Circa vero finem et / in fine ipsius testamenti h(ec) continentur, si vero ex Margareta uxore sua, quam / pregnantem esse dixit, nati fuerit ei filii vel filie, ex nunc unus vel / plures, ipsum vel ipsos in omnibus aliis bonis suis mobilibus et immobilibus, iuribus / et actionibus presentibus et futuris, sibi heredes instituit. Et si ex ipsa eius uxore / natus non fuerit filius vel filia vel, si natus fuerit et ei heres erit et in pupilla/ri etate decesserit, prefati Iacobus et Michael eius fratres sint heredes. Et hanc / suam ultimam voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit iure ultimi / testamenti, quod si iure testamenti non valeat, saltem eam ius et effectum codicillorum / sive alterius ultime voluntatis habere voluit et tenere. [l]

S. T. Ego Nicolaus Candidi Warchacil Venzonensis[m] publicus imperiali / auctoritate notarius premissis interfui eaque rogatus scripsi.

---

[f] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[g] *Lo scriba ha così scritto il nome; resta dubbio se si tratti di un'errata scritturazione di* Dominicus.
[h] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[i] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[j] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[k] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[l] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 20.*
[m] *La* z *è resa con il segno specifico.*

21.

1349 febbraio 6, Udine, nel castello patriarcale, nella camera del patriarca

Atto di concessione della gastaldia di Carnia e dei castelli di Tolmezzo e del Moscardo effettuata dal patriarca Bertrando al comune di Udine al prezzo di duemila marche di denari aquileiesi per due anni, onde fronteggiare l'emergenza finanziaria durante la guerra contro i conti di Gorizia e il comune di Cividale. I patti di concessione sono che, se i redditi non possono essere riscossi, il comune di Udine possa trattenere la concessione fino al recupero dell'importo versato; che venga tenuta regolare amministrazione dei redditi da introitare; che la giurisdizione venga prontamente restituita al patriarca e ai suoi successori all'estinzione dell'importo e che sia lasciato libero accesso nelle fortificazioni al patriarca e ai suoi uomini. Seguono le consuete clausole di concessione di gastaldia.

Originale membr., mm 524x365, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 21.
ATTERGATI: di mano del secolo XIX "1349 6 febbraio". In lapis di mano del secolo XX "21 Tomo III".
Il supporto scrittorio è in cattive coindizioni di conservazione: oltre che dalle pliche della piegatura, che hanno intaccato sia il supporto scrittorio sia lo stesso inchiostro, provocando lacerazioni e desquamazione dell'inchiostro, la pergamena è stata rovinata dall'umidità, che ha recato abbrunimenti, numerose macchie color vinaccia e lo sbiadimento notevole dell'inchiostro. La lettura è assai malagevole e impone il frequente ricorso alla lampada di Wood. Precisata questa situazione, è inutile che nell'edizione si dia spiegazione ulteriore per le difficoltà di lettura e le integrazioni certe o supposte effettuate al testo.
La scrittura è una corsiva notarile posata e calligrafica, opera di uno dei qualificati notai-cancellieri patriarcali, Paolino quondam magister Giovanni da Modena. L'elevata professionalità si rileva dalla perfetta esecuzione, con uno specchio grafico rigorosamente osservato, con il rigo immaginario perfettamente seguito dalla scrittura, con il mantenimento costante della misura delle lettere, tra loro regolarmente in asse e distanziate. Si notano svolazzi e aste discendenti a gancio, ma si constata anche una grande sobrietà del tratto, senza fronzoli e orpelli inutili: la bellezza doveva apparire dall'armoniosa esecuzione della scrittura.
REGESTI E EDIZIONI: BIANCHI, *Indice*, n° 3499.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo [trecentesimo quadrage]simo nono, indictione secunda, die sexto mensis februarii, presentibus nobilibus et discretis viris dominis Friderico de Savorgnano, Hermanno de / Carnea militibus, Nicolusio de Orbitis de Utino, [Henrico de Carnea, Iohanne de Lisono] domicello infrascripti domini patriarche, A[ndrea] condam Leonis [notario] com(m)unis Utini testibus et aliis. Cum propter instantem et

notoriam guerram / quam reverendo in Christo patri et domino domino Bertrando [Dei gratia sancte sedis Aquilegensis] patriarche et Aquilegensi ecclesie movent comites et comitatus Goricie, [..]ch[..es] de Civitate Austria et nonnulli eidem domino patriarche / et ecclesie Aquilegensi rebelles e pro defensioni [dicte eiusdem ecclesie …… eundem dominum] patriarcham ad solvendum et satisfaciendum stipendiariis equitibus et ped[itibus], quos tenuit iam diu et tenet occasione predictorum / invenire oporteat non modicum pecc[unie quantitatem ……. non posset nisi vendat] ad tempus de redditibus suis et dicte ecclesie, ipse dominus patriarcha urgente necessitate huiusmodi per se suosque suc/cessores et nomine Aquilegensis ecclesie prec[io et foro ……], quas ipse ex nunc contentus extitit et confessus se habuisse et integre recepisse ac sibi integre datas et numeratas / fore a discretis viris Gabriele de [Cremona…… terre Utini sind]icis et procuratoribus nobilium virorum, capitanei, consilii et comunis terre Utini ad hec et ad infrascripta / specialiter constitutis, ut de sindicatu huiusmodi […… Andree] condam Leonis notarii supradicti sub predictis anno et indictione, die penultimo ianuarii, dantibus et solventibus nomine predictorum / capitanei, consilii et comunis terre (Utini) et pro [ipsis …… necessitatem defensionis ecclesie et patre predictarum] et in solutionem et satisfactionem dictorum stipendiariorum conversas, renuntians exceptioni non / habite, non recepte et sibi non tradite et numerate […… et in urgentem necessitatem] defensionis ecclesie et patrie predictarum ac in solutionem et satisfactionem dictorum stipendiariorum non converse tempore / huius contractus et omni legum et iuris auxilio [tam canonico quam civili …… suo iure, exceptioni,] actioni, defensioni et rei sibi competentibus et competituris, quibus contra predicta vel infrascripta se / posset modo aliquo defendere vel tueri, vendidit, [……] predictis Gabrieli et Guillelmo sindicis recipientibus [sindic]ario nomine dictorum capitanei, consilii et comunis terre Utini et / pro ipsis custodiam, gubernationem et regimen [castrorum ……sue Aquilegensis] de Tumecio et castro Moschardi ac gastaldiam suam de Carnea cum muta de Tumecio, garictho, iurisdictionibus, / affictibus, redditibus, proventibus, obventionibus, [honoranciis ……universis debitis] et consuetis ad dictam gastaldiam spectantibus, ad habendum, tenendum et locationis nomine possidendum a die / quintodecimo mensis martii proximi venturis usque [ad duos annos] subsequentes integros et completos, talibus quidem pactis et conditionibus habitis et adiectis, videlicet quod si contingeret quod de / gastaldia, muta, redditibus et iuribus antedictis […… tribus] annis dicti capitaneus, consilium et comune terre Utini tantum reciperent et haberent ultra expensis, quas facient et /

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e ornata e scende fino all'altezza del terzo rigo, con ulteriore svolazzo. Anche la* n *è ingrandita e potenziata.*

fieri facient pro custodia dictorum castrorum quod as[endere……] marcharum predictarum, castra, gastaldiam, mutam et iura predicta dicto domino patriarche vel eius successoribus libere dimittere et / restituere teneantur, et si contingeret […… in] Carnea propter quam muta de Tumecio non haberet cursum suum seu contingeret dictos capitaneum, consilium et comune / Utini per aliquem modum perdere de [d……] non possent pervenire ad solutionem huiusmodi duorum milium marcharum, dictus dominus patriarcha gastaldiam et mutam predictas / cum redditibus et iuribus antedictis tanto tempore [……] capitaneo, consilio et comuni terre Utini dimittet et concedet donec pervenerint ad solutionem integram peccunie supradicte. / Item quod dictus dominus patriarcha habeat [et teneat ……] suum vel suos officialem vel officiales, qui una cum officiali vel officialibus dictorum capitanei, consilii et comunis scribant in concordia / omnia que de dictis redditibus gastaldie C[arnee ……..] officiales tam domini patriarche quam capitanei, consilii et comunis predictorum iurent fideliter scribere et in concordia omnia que exigentur / de gastaldia, muta, iuribus et redditibus [s……sindici iurent in animas] dictorum capitanei, consilii et comunis quod ipsi dicta castra ad honorem et statum reverendi domini patriarche eiusque successorum et / ecclesie Aquilegensis custodient et conservabunt …… tenebunt eisdem […… successoribus] eorumque gentibus tempore pacis et guerre, prout et quando et quociens ex parte ipsius domini patriarche vel suorum / successorum fuerint requisiti. Et quod […… predictos …… eisdem] capitaneo, consilio et comuni de predictis duobus milibus marchis satisfactum fuerit, castra, gastaldiam, mutam et iura / predicta dicto domino patriarche vel suis successoribus [canonice intrantibus absque …… obstaculo vel exceptione] quacumque restituent et dimittent. Item quod officialis seu gastaldio qui in Carnea stabit pro predictis / capitaneo, consilio et comuni Utini […. gastaldie……] personas dicte gastaldie et quascumque alias per laudum et sententiam ipsasque aliter non gravare, appellationes ad dominum / patriarcham et eius curiam interponendas […… qui fuerint admittende] de iure, pustotas Aquilegensis ecclesie sitas in dicta gastaldia bona fide assentabit, utilitatem et comodum / dictorum domini patriarche et ecclesie Aquilegensis pro[curabit iuxta posse ……..] gastaldie officium fideliter exercebit [……] quidem omnia et singula supradicta dicti sindici sindicario nomine supra[di]cto iuraverunt [in animas] dictorum / capitanei, consilii et comuni attendere et effect[……he.. que super…. bona omnia] eorundem capitanei, consilii et comunis mobilia et immobilia presentia et futura solenniter obligantes. Prefatus [vero] / dominus patriarcha per se suosque successores et nomine [ecclesie ……dictas venditionem,] locationem, cessionem et omnia et singula supradicta habere perpetuo firma, rata

et grata et contra premissa vel aliquo[d] pre/missorum nulla [ratione vel causa per se vel alium seu alios …… contrafacere vel venire] dolo, ingenio sive causa de iure vel de facto, sub obligatione omnium suorum et dicte ecclesie bonorum mobilium et immobilium / presencium et futurorum. In quorum testimonium [dictus dominus patriarcha …… mandavit] sui sigilli appensione muniri. Actum Utini, in castro patriarchali, in camera maiori eiusdem domini patriarche. [b]

S. T. Ego Paulus condam [magistri Iohannis de Mu]tina publicus imperiali auctoritate notarius [et] prefati domini patriarche [eiusque] curie officialis et scriba predictis interfui et de mandato eiusdem / domini patriarche scripsi et publicavi [rogatus … meum signum] apposui consuetum.[c]

Un'ulteriore scritta in circa tre righe è stata apposta in seguito alla complectio: resta difficile stabilirne la natura, dal momento che è praticamente del tutto evanida, salvo alcune lettere di macchinosa decifrazione, pur coll'ausilio della lampada di Wood.

[b] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 22.*
[c] *Dopo la complectio notarile intercorre uno spazio bianco di circa mm 30.*

22.

1349 giugno 28, nella chiesa di S. Odorico al Tagliamento, davanti all'altare maggiore

Trascrizione autentica del notaio Marcuccio quondam Giovanni Mairone da Pordenone, tratta dalle imbreviature del notaio Gerardo da Pordenone, dell'atto di compravendita riguardante la vendita di un manso sito nella villa di Ricolt effettuata dai fratelli Tommaso e Walterpertoldo quondam Francesco d'Arcano a Niccolò quondam ser Marco detto Popaite e ai suoi fratelli Giovanni, Francesco, Andrea e Giacomo, al prezzo di quarantasette marche di denari aquileiesi e di un ducato d'oro, somma interamente versata e contestualmente quietanzata. Viene nominato nunzio in tenuta Marinotto da Gemona. Consuete clausole di garanzia del negozio.

Originale membr., mm 432x172 circa, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 22.
ATTERGATI: di mnao forse coeva, ma quasi del tutto evanida "Carta d[…….]". Di mano forse del secolo XVIII "Venditio dominorum Thomasii et Walterpertoldis quondam domini Francisci di Arcano". Di mano forse del secolo XIX "1349 28 giugno". In lapis, di mano del secolo XX "22 Tomo III".
Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione, dal momento che è stato severamente intaccato da umidità e topi lungo tutto il margine destro. Le lacerazioni e le macchie non hanno però compromesso in modo determinante il testo del documento. L'inchiostro è di un marrone carico, bene leggibile, salvom alcune desquamazioni.
La scrittura è una corsiva notarile posata e calligrafica, con vaghi richiami alla libraria coeva. Bene rispettato lo specchio grafico (compaioni, infatti, tracce di rigatura al piombo). Il ductus è abbastanza rispettoso del rigo immaginario e il testo si adatta alla forma non proprio regolare della pergamena. La scrittura è aderente al modello canonizzato e il rapporto tra corpo delle lettere e le aste verticali è regolare. Accenni di aste verticali discendenti a gancio. Corretto l'uso della lingua e del formulario, tanto da denunciare un buon livello professionale.

Anno[a] Domini millesimo tricentesimo quadragesimonono, indictione secunda, die tertio exeunte iunio, in presentia / Petri condam magistri Nicholai, Ticiani condam magistri Facini amborum de Archano, Iohannis / Massutti decani, Iacobi Carnelli condam Petri, Dominici condam Leonardi, Bertolotti filii dicti Iohannis de/cani, Bertolotti condam Iacobi testium habitancium in villa Sancti Odorici super ripam Tulmenti et aliorum. / Precio et foro quadragintaseptem marcharum Aquilegensis monete et unius ducatti puri auri, / quos denarios receperunt nobiles viri domini Thomasius et Vualterpertoldus filii nobilis / viri domini Francisci de Archano et fuerunt contenti et confessi in se habuisse et recepisse a Nicolao / condam ser Marci dicti

[a] *La* A *maiuscola iniziale è ingrandita.*

Papayti dante et solvente pro se et fratribus suis ser Iohanne, Francisco, An/drea et Iacobo, de quibus denariis vocaverunt s(ibi) bene solutum et integre satisfactum […, re]/nunciantes omni exceptione non habite peccunie, pacto ac omni spei future numert[ionis …][b] / tempore huius contractus, dederunt, vendiderunt et tradiderunt iure proprii im perpetuum eidem / Nicolao recipienti et ementi ut supra unum eorum mansum et totum eorum terenum cuiuscumque nomine / censeatur, iacentem in villa Ricolt, quod mansum et terenum regitur et laboratur per Iohannem / Goynam eiusdem ville, ad habendum, tenendum et possidendum cum omnibus et singulis iuribus, / cum domibus, clausuris, pratis, nemoribus, campis, piscationibus, venationibus, pasculis et / decimis et cum omni dominio et signoria et cum omnibus et singulis pertinentibus dicto manso et terre/no, a celo usque ad abyssum, pleno iure, et quod possint et valeant dictum mansum et terreno / ac omne suum ius vendere, donare, alienare, permutare, pro anima et corpore iudicare totamque / eorum voluntatem facere, absque contradictione dictorum venditorum suorumque heredum vel alterius persone / pro ipsis et cetera. Et dederunt in nuncium Marinottum de Glemona, ut ipsum Nicolaum ponat / in tenutam et corporalem possessionem dictorum mansi et tereni, constituentem se procuratorio nomine posside[…][c] / donec ipsum inducat in tenutam et corporalem possessionem, insuper promiserunt et steterunt nominati / domini Tomasius et Vualterpertoldus principaliter et in solidum per suosque heredes eidem Nicolao / recipienti et stipulanti pro se et nominatis fratribus suis dictum mansum et terrenum ab omni contra/dicente persona et universitate manutenere, auctoriçare et disbrigare et si lis vel questio / moveretur eisdem per aliquos, quod dicti emptores denunciare debeant eisdem venditoribus / et ipsi venditores dictam litem et questionem, elapsis XV diebus, accipere super se et eam determinare / et finire omnibus suis sumptibus et expensis hinc ad finem litis. Et hec in pena et sub pena / dupli sumpti precii minus quinque solidos parvorum. Que pena tociens exigi possit, quociens contra/factum fuerit et pena soluta aut non, tamen attendere teneatur ut superius legitur / et testatur. Pro quibus sic firmiter observandis obligaverunt dicti venditores in solidum omnia / eorum bona presentia et futura, refficientes omnia et singula dampna et expensas et cetera, renunciantes no/varum constitutionum et epistule divi Adriani beneficio et omni legum auxilio cum quo possent se def/fendere vel tueri ab omnibus suprascriptis. Actum in ecclesia Sancti Odorici supra ripam Tulmenti / ante altare magnum. [d]

S. T. Ego Marchucius condam Iohannis Maironi de Portun(aone) imperiali auctoritate notarius / ex comissione mi(hi) facta auctoritate domini hoc instrumentum ex abreviationibus olim

---

[b] *Lacerazione al margine destro.*
[c] *Lacerazione al margine destro.*
[d] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 16.*

Gerardi / notarii de Portun(aone) fideliter exemplavi et in publicam formam reddegi, nil addens / vel minuens quod sensum mutet vel sententiam variet.

22 bis.

1349 luglio 1°, Ricolt, sotto una baracca del manso

Verbale dell'immissione in possesso del manso compravenduto nella villa di Ricolt effettuata dal nunzio in tenuta Marinotto da Gemona in favore dell'acquirente Niccolò quondam ser Marco detto Popaite.

Anno[a] Domini millesimo tricentesimo quadragesimonono, indictione secunda, die primo iulli, in presentia Ni/cholai condam Iohannis de Morassio, magistri Boçe sartoris, Michaelis filii Andree, Vicencii / filii Andree, Blasii condam Çanussii testium habitantium in villa de Ricolt et aliorum. Cum nobi/les viri domini Tomasius et Vualterpertoldus condam domini Francisci de Archano venditionem / fecissent Nicolao condam Marci dicti Papayti stipulanti pro se et fratribus suis Iohanne, Francisco, An/drea et Iacobo de uno manso iacenti in villa Ricoldi recto et laborato per Iohannem Goynam / et de omni eorum tereno et dederint Marinottum de Glemona nuncium tenute ad ponendum / ipsum Nicolaum ut supra in tenutam et corporalem possessionem dicti mansi et terreni. Qui Marinottus, / nuncius datus per nominatos dominos Thomasium et Vualterpertoldum, accepit fores / sive portas et posuit sive dedit in manibus dicti Nicolai e de paleis tecti recipienti / ut supra. Nicolaus aperiens et claudens portas et paleas tecti sternens et per talem / modum posuit ipsum Nicolaum ut supra in tenutam et corporalem possessionem et illico dictus / Nicolaus precepit Iohanni Goyne suo massario ut supra obediret et non alteri persone. / Actum in villa Ricoldi in quadam tegete dicti mansi. [b]

S. T. Ego Marchucius condam Iohannis Marioni de Portun(aone) imperiali auctoritate notarius / ex comissione mi(hi) facta auctoritate domini hoc instrumentum ex abreviationibus olim Gerardi / notarii de Portun(aone) fideliter exemplavi et in publicam formam redegi, nil addens / vel minuens quod sensum mutet vel sententiam variet.

---

[a] *La* A *maiuscola iniziale è ingrandita.*
[b] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 20.*

23.

1349 novembre 23, Udine, nella sacrestia della chiesa di S. Maria maggiore

Atto di consegna in deposito di cinque libri di proprietà del patriarca Bertrando effettuata da Gubertino da Novate per conto del patriarca a favore del capitolo della chiesa di S. Maria maggiore di Udine e contestuale obbligazione del capitolo a restituire i libri a ogni richiesta del patriarca e di riceverli alla sua morte come legato perché il capitolo abbia a provvedere alla sepoltura del patriarca nella sua chiesa.

Originale membr., mm 384x292, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 23.

ATTERGATI: di mano forse coeva "Depositio quorundam librorum domini Bertrandi patriarche Aquilegensis facte per G[ubertinum ……. millesimo III^c^ XLVIIII]". Di mano forse del secolo XVII su precedente scritta forse coeva "1349. Donatio quorumdam librorum facta per d [depennata] beatum Bertrandum patriarcham Aquileiensem reverendo Capitulo, et Capitulum e contra promisit facere illius sepulturam post eius mortem". DI mano del secolo XIX "1349 23 novembre". In lapis di mano del secolo XX "23 Tomo III"

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione, pur recando i segni delle pliche di piegatura, ma l'inchiostro è molto evanido. Di colore marrone,molto tenue, esso si è desquamato in molti punti, fino a rendere impossibile la lettura esatta del testo. Spesso si deve ricorrere all'ausilio della lampada di Wood.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto corrente, che rispetta con rigore lo specchio grafico e il rigo immaginario pur senza apparenti rigature al piombo. È la tipica scrittura del notaio Gubertino da Novate, esemplare notaio cancelliere alla curia aquileiese. Aderente al modello canonizzato, essa denota grande familiarità con il gesto grafico; la notevole padronanza del formulario non fa che confermare l'alta professionalità dell'autore.

REGESTI E EDIZIONI: BIANCHI, *Indice*, n° 3582.

In^a^ Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimonono, indictione secunda, die vicesimo / tercio mensis novembris, presentibus discretis viris presbitero Paschulo de Porpeto, Nicolao dicto Balbussio, Ni/colao condam Petri de Utino capellanis maioris ecclesie Sancte Marie de Utino et magistro Foresto de Parma / Cirogico Utini conmorante testibus et aliis. Venerabiles viri Raymundus vicedecanus, Meliorancia de / T(h)ien(is), Guido Iohannes, magister Petrus de Regio, Philippinus de Cremona, Nicolaus Samerdenga et Franciscus / nepos dicti domini Meliorancie canonici predicte maioris ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis, in sacristia dicte / ecclesie ad capitulum et ut capitulum ipsius ecclesie more solito congregat[um], [qui] sunt maior et sanior pars

canonicorum / [residentes apud eundem ecclesiam, confessi et contenti fuerunt se nomine suo et dicti capituli] recepisse et habuisse a me Gu/[bertino notario infrascripto ……. nomine] et vice reverendi in Christo patris / et domini [domini Bertrandi Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche ……..… quinque] libros dicti domini patriarche per me / [Gubertinum ex parte ipsius domini patriarche assignatos] eisdem pactis et conditionibus infrascriptis adiectis specialiter et / expressis, videlicet quod [quandocumque ……nominatus dominus Bertrandus patriarcha ipsos repeteat] ab eisdem, ipsos sibi resti/tuere teneantur. Et si contingeret eundem dominum patriarcham de hoc [seculo transmigrare] ante quam repeteret dictos libros, / memorati domini vicedecanus, canonici et capitulum teneantur et debeant pro libris ipsis predicti domini patriarche sepulturam / honorifice facere seu fieri facere, sicut decet, [et] dicti libri [sint] et esse [debeant] proprii eorundem dominorum vicede/cani, canonicorum et capituli. Quapropter dicti domini vicedecanus, canonici et capitulum promiserunt solemniter sine aliqua / exceptione iuris vel facti se obligando michi Gubertino notario nomine predicti domini patriarche stipulanti, quod predictos / libros restituent et consignabunt ipsi domino Bertrando patriarche, si eos ante quam moriatur ab eis duxerit requirendos. / Et si contingat eum mori ante quam repetat libros ipsos, facient pro eisdem libris ipsius domini Bertrandi patriarche / seu fieri facient sepulturam in eorum ecclesia supradicta honorifice, sicut decet, ipsorum sumptibus et expensis, ad / hec obligantes omnia ipsorum et dicti capituli bona mobilia et immobilia presentia et futura. Libri vero, sic ut premittitur, / dati, depositi et consignati predictis dominis .. vicedecano, canonicis et capitulo per me Gubertinum notarium nomine prefati domini patriarche / cum conditionibus et modis superius expressis, sunt hiis, in primis liber concordanciarum biblie cohopertus corio rubeo incipiens “Qui / libet” et finiens “marito tradidit”. Item una biblia co[hoper]ta corio rubeo in qua erat superpositus quidam pannus / lineus cum quatuor s[erraturi]s in capite de argento et in ca[rt]is depicta circumcirca, incipiens in littera rubea “Inci/pit epistula sancti Geronimi presbiteri” et in littera nigra “Frater Ambrosius” et finiens “Consiliatores eorum”. Item una alia / biblia minoris voluminis cohoperta corio rubeo incipiens in littera rubea “Incipit epistula sancti Geronimi presbiteri” et / in littera nigra “Frater Ambrosius” et finiens “M[ereat] honor et premium”. Item unum breviarium in magno / volumine de littera grossa cohopertum corio rubeo[b], incipiens in littera rubea “In nomine Domini” et in littera nigra “Fratres scientes” / et finiens “Esse conosortes per eundem”. Item liber qui dicitur Flores sanctorum cohopertus corio rubeo cum serraturis ar/genteis, incipiens “U[niversum tempus]” et finiens “Secula seculorum amen”. Actum Utini in sacristia ecclesie supradicte. [c]

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e ornata. La* n *è ingrandita.*
[b] rubeo *aggiunto nell’interlinea con segno d’inserzione sottostante.*

S. T. Ego Gubertinus condam domini Ressonadi de Novate Mediolanensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius ac prefati domini / patriarche [notarius] et officialis supradict[is disposicioni et consignationi factis] per dictum dominum patriarcham ac promissioni et / obligationi per presbiteros dominos .. vicedecanum, canonicos et capitulum factis, ut prefertur, omnibusque et singulis suprascriptis / dum [facta fuerunt], una cum supradictis testibus, presens fui eaque omnia suprascripta rogatus a dictis dominis .. vicedecano, / canonicis et capitulo scripsi et publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque meo et nomine consuetis signavi / et roboravi.

---

[c] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 18.*

24.

1350 gennaio 19, Venezia, nel monastero di S. Giorgio maggiore

Decreto del patriarca Bertrando con il quale istituisce un nuovo canonicato prebendario nella collegiata di S. Maria maggiore in Udine. Per dotare il nuovo canonicato di adeguati redditi il patriarca unisce al patrimonio della collegiata un manso patriarcale sito nella villa di Murlis. Inoltre stabilisce che sia beneficiato del nuovo canonicato il cappellano patriarcale Niccolò de Arlotti da Reggio, designando quali giudici esecutori dell'immissione in beneficio il canonico di Aquileia Giovanni da Carrate, il pievano di Tricesimo Pietro da Reggio e il pievano di Porpetto Niccolò. Il beneficiato dovrà prestare giuramento di osservanza degli statuti e delle consuetudini della collegiata.

Originale membr., mm 407 (con plica di mm 41)x280, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 24.
ATTERGATI: di mano forse del secolo XVII "Creatio novae praebendae facta a Reverendo patri patriarcha Bertrando de ann(o) 1350". DI mano del secolo XIX "1350 19 gennaio". In lapis di mano del secolo XX "24 Tomo III".
Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione, poiché presenta dei danneggiamenti provocati dalle pliche di piegatura, lungo le quali si è sviluppata l'azione dell'umidità, che ha lacerato la pergamena, risarcita in epoca moderna. L'inchiostro è marrone tendente al nero, ben leggibile, salvo laddove l'umidità e le lacerazioni hanno distrutto la pergamena. Nelle macchie l'inchiostro restituisce la scrittura mediante l'uso della lampada di Wood.
Il documento presenta le caratteristiche di un decreto e reca in plica il sigillo pendente; di esso reliquiano solamente i fili in seta rubea scendenti da duplice foro parallelo.
La scrittura è una corsiva notarile piuttosto veloce, ma non per questo priva di nitore e di calligrafismi; ben lontana dalla coeva libraria, essa è di carattere minuto, regolare e scorrevole, con rigoroso rispetto dello specchio grafico, delimitato dalle rigature al piombo, e rispettosa del rigo. Il rapporto tra corpo delle lettere e aste verticali è normale, forse tendente leggermente all'allungamento. L'asse di scrittura è lievemente inclinato verso destra. Tanta accuratezza è il frutto della professionalità di Paolino quondam magister Giovanni da Modena.
REGESTI E EDIZIONI: BIANCHI, *Indice*, n° 3593 (ma in data 18 gennaio e da copia nelle "Carte Pirona", presso la B.C.U.).

In[a] Christi nomine, amen. Sancte[b] sedis Aquilegensis Dei gratia nos patriarche Bertrandus ad perpetuam rei memoriam. / Licet ecclesiarum omnium nobis subiectarum nos cura solicitet ad

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata e scende fino al quarto rigo con ulteriore svolazzo; la* n *minuscola è ingrandita e potenziata.*
[b] *La* S *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata.*

ecclesiam tamen nostram Sancte Marie de Utino nostre diocesis / Aquilegensis per nostros predecessores fundatam et per nos auctam, quadam specialis prerogativa dilectionis ad augmentum cultus / divini dirrigimus occulos mentis nostre et quanto magis, Deo prestante, rebus et bonis augetur temporalibus, tanto eam dignum / credimus eam personis ydoneis divini cultus officii ampliare. Cum itaque redditus et proventus eiusdem ecclesie, clementia / prestante divina, acrescant continue et tantum excreverint quod una canonicalis prebenda potest in ea creari de novo, nos ad / quos canonicatuum et prebendarum in eadem ecclesia institutio, collatio, provisio seu quevis alia dispositio et ordinatio pleno iure / et plenaria potestate spectare dinoscitur, de huiusmodi superexcrescentibus redditibus unam prebendam canonicalem in dicta ecclesia / ad honorem omnipotentis Dei et eius matris virginis Marie divinique cultus augmentum creamus de novo et facimus auctorita/te ordinaria et de plenitudine potestatis. Cui prebende sic de novo create assignamus mansum unum situm in villa de Muris / rectum per Odoricum de dicta villa, de quo solvuntur sex staria frumenti, sex staria avene, sex staria milei, sex congia vini, denarii / duodecim et galine quatuor cum ovis et mansum huiusmodi eidem prebende annectimus, volentes, statuentes et ordinantes quod ille, qui / in prebenda huiusmodi per nos institutus fuerit, verus sit canonicus et stallum habeat in choro et locum capitulo cum plenitudine / iuris canonici sibique provideatur et respondeatur de anniversariis, oblationibus, obventionibus et aliis cotidianis distributionibus, / sicut aliis canonicis divinis interessentibus officiis, dumtamen eis interfuerit, respondetur, quartesiis de quibus certis respondetur in / eadem ecclesia dumtaxat exceptis, de quibus eidem et aliis responderi decernimus, sicut al(iter) per nos ordinatum extitit, donec omnes / prebende canonicales in prefata ecclesia fuerint adequate. Et quia, ut prediximus, predictam ecclesiam personis affectamus ydoneis et / divino cultu deditis ampl[iare] et ad personam dilecti in Christo filii Nicolai de Arlottis de Regio capellani nostri, de cuius vita, con/versatione, sufficientia et morib[us lau]dabile[c] perhibetur testimonium, nostre mentis aciem dirrigentes et volentes sibi gratiam / facere specialem, ipsum in dicte ecclesie […][d] de Utino canonicum instituimus et creamus et prebendam predictam per nos de novo creatam cum / supradictis redditibus et iuribus ad eam spectantibus auctoritate ordinaria conferrimus et ipsum de canonicatu et prebenda predictis cum / plenitudine iuris canonici per nostrum anulum investimus, ita ut ammodo ipse Nicolaus et alii in prebenda huiusmodi succedentes sint / veri canonici et tamquam canonici ad omnes actus legittimos capituli admittantur eisque de anniversariis, oblationibus, obventionibus et / aliis cottidianis distributionibus secundum modum et formam superius declaratas integre respondeatur, dum tamen divinis officiis in/terfuerunt, ut est moris. Et ut huiusmodi gratia, collatio et provisio

[c] *In questo punto il supporto scrittorio presenta un foro con macchia d'umidità.*
[d] *Continua il danno del foro nel supporto scrittorio.*

sortiantur effectum, dilectis filiis Iohanni de Carrate ca/nonico Aquilegensi, Petro de Regio Sancte Marie de Tricesimo et Nicolao Porpeti plebium dicte nostre diocesis plebanis et eorum / cuilibet in solidum tenore presentium committimus et mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus ipsorum eundem Nicolaum seu procura/torem eius pro eo in corporalem possessionem canonicatus et prebende huiusmodi auctoritate nostra ponant et inducant ac defendant induc/tum faciantque sibi vel dicto eius procuratori pro eo de anniversariis, oblationibus, obventionibus et aliis cottidianis distributionibus modo / et forma premissis, stallo sibi vel dicto procuratori pro eo in choro et loco in capitulo assignatis cum plenitudine iuris canonici plene et / integre responderi, contradictores et rebelles auctoritate nostra predicta per censuram ecclesiasticam ompescendo. Volumus etiam et decernimus / ut idem Nicolaus per se, si presens fuerit, vel absens per procuratorem ydeoneum et cum ad dictam ecclesiam accesserit corporaliter, pre/stet de observandis statutis et consuetudinibus eiusdem ecclesie solitum iuramentum. In quorum testimonium de predictis omnibus et singulis / per Paulum infrascriptum curie nostre notarium fieri iussimus publicum instrumentum et nostri sigilli appensione muniri. Acta sunt hec Veneciarum, / in monasterio Sancti Georii maioris Castellane diocesis, die decimonono ianuarii, anno dominice nativitatis millesimo trecentesimo / quinquagesimo, indictione tertia, presentibus venerabili viro domino fratre Bartholomeo abbate monasterii supradicti ac discretis et nobilibus / viris dominis Guidone de Bono(nia) plebano A[z]ani[e] Concordiensis, Viviano canonico Utinensi Aquilegensis diocesis, Gerardo de Cucanea / et Hermanno de Carnea militibus, Nicolusio Urbiti de Utino et aliis pluribus. [f]

S. T. Ego Paulus condam magistri Iohannis de Mutina publicus imperiali auctoritate notarius et predicti domini patriarche eiusque curie officialis / et scriba predictis omnibus interfui et ea de mandato predicti domini patriarche scripsi et publicavi rogatus.

S. P. D. in plica.

---

[e] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[f] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 18.*

25.

1350 gennaio 20, Udine, nella sacrestia della chiesa di S. Maria maggiore

Raimondo da Udine vicedecano del capitolo e i canonici di Santa Maria di Udine promulgano nuove costituzioni per lo statuto della collegiata. Si stabilisce che nessun nuovo canonico possa essere istituito nella collegiata, né possa pretendere di aver parte alle quotidiane distribuzioni senza che prima non sia stata costituita la sua personale prebenda. Inoltre si stabilisce che nel caso che si verifichi la vacanza di una prebenda nella collegiata, il canonico più anziano possa optarvi entro il tempo di venti giorni dalla notizia della vacanza; in caso di rinuncia o di mancata opzione, la prebenda possa essere provvista a vantaggio del canonico più anziano susseguente. Tale disposizione non deve però derogare dalla norma di statuto che stabilisce che per un anno il reddito della prebenda vacante sia devoluto per il suffragio del canonico defunto.

Originale membr., mm 527x263, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 25.

ATTERGATI: di mano forse del secolo XIV, ma ritoccata e ampliata nel secolo XVII "Constitutiones ne respondeatur alicui canonico nisi fuerit in pacifica possessione prebendae ab Capituli factae, et iuramento firmatae. Item constitutio circa optiones prebendatae et aliae quod si optentur termino 20 dierum, quo elapso, antiquior cadat a (iure) et aliae constitutiones". Sopra si legge di mano imprecisata "1350", cui mano del secolo XIX ha aggiunto "20 gennaio". In lapis di mano del secolo XX "25 Tomo III".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo per un leggero abbrunimento ai margini e al limitare della parte superiore. Tracce di restauro moderno in alcune lacerazioni marginali. L'inchiostro è di discreta leggibilità, di unnero molto sbiadito, a cagione di una probabile consuzione della superficie della pergamena. Segni evidenti della rigatura e dell'inquadramento dello specchio scrittorio al piombo.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto corrente, minuta, tondeggiante e dal tratto greve. L'asse di scrittura è lievemente inclinato a destra e il ductus è regolare, con qualche sforatura lungo il margine scrittorio destro. Molto aderente al modello canonico, la scrittura presenta tuttavia una certa personalizzazione che la rende riconoscibile. Il rapporto tra corpo delle lettere e aste verticali è lievemente inferiore a 1:2; usuali le abbreviature e il formulario è normale. Il tutto indica buona padronanza delle tecniche professionali.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis cuiusdem millesimo trecentessimo quinquegesimo, indic(t)ione tercia, die vigessima mensis ianuarii, Utini / Aquilegensis diocesis, in sacristia ecclesie Sancte Marie maioris de Utino, presentibus venerabilibus viris dominis presbitero

[a] *La* I *iniziale è ingrandita e ornata e scende fino alla quinta riga.*

Stephano Pharaoni, / presbitero Pasculo, presbitero D[omi]nicio[b], presbitero Laurentio et presbitero Venuto omnibus Utini habitantibus et officiantibus in dicta ecclesia testibus ad infrascripta specialiter / convocatis et rogatis. Ibique venerabilis vir dominus Raymundus de Utino vicedecanus dicte maioris ecclesie Sancte Marie convocavit / et convocari fecit ad capitulum infrascriptos canonicos dicte ecclesie more solito in sacristia predicta pro constituendis et ordinandis infrascriptis con/stitutionibus. In quo quidem congregatione interfuerunt ipse dominus vicedecanus, domini Guido Iohannes de Thebaldis de Regio, magister / Petrus de Regio, Iohanetus, Melioranza[c] et Francischus, cuius nepos, Philipinus et Simo(n)inus de P(ar)ma, Nicolaus de Sa/merdengha, Guilielmus et Francischus fratres et filii domini Gabrielis notarii ac Iohannes de Pulcinico, qui faciunt totum capitulum / dicte ecclesie vel maiorem partem capituli, cum plures non essent canonici residentes in eadem ecclesia qui posint ad dictum capitulum convo/cari. Qui dominus vicedecanus et canonici antedicti facientes universitatem capitulum et colegium ecclesie antedicte universaliter ut universi et si/ngulariter ut singuli, pro evidenti et manifesta utilitate et comodo ac solerti cultus cultus[d] divini officio, attendentes quod / in nonnullis ecclesiis, ultra quam in eis suppetant facultates, recipientur clerici in ipsarum ecclesiarum grave dampnum et dispendium, / contra quas receptiones provissum est per canonicas sanctiones[e] et potisime per concilium Arelatense, que in quam pluribus ecclesiis male obser/vantur (propter) quod multa dampna, discensiones et scandela incurerunt ecclesie sepedicte, quod magistra rerum efficax experientia manifestat, / volentes namque sepedicti vicedecanus et canonici prelibati huiusmodi pericul(is) et scandelis occurere[f], statuerunt, ordinaverunt et fir/maverunt ac imperpetuum servari voluerunt singuli proprio iuramento, quod nullus receptus vel recipiendus in canonicum et / in fratrem predicte ecclesie Sancte Marie auctoritate apostolica legati de lactere[g], ordinarii, decani, vicedecani, canonicorum et capituli dicte ecclesie / vel quavis alia auctoritate possit et valeat reputari vel censeri canonicus, nec haberi pro canonico ullo modo, ut habeat vel pretendere / possit habere cotidianas distributiones, vocem in capitulo sive alios fructos, reditus et proventus secundum quod alii canonici digno/scuntur habere antequam corpus prebende integre, plenarie et pacifice fuerit consecutus, sicut alii comuniter canonici sunt assecu/ti omni fraude, dolo, malicia et machinatione que super predictis adhiberi posset cesantibus. Item statuerunt, firmaverunt / et ordinaverunt et pro cumsuetudine[h] haberi voluerunt quod, cum de cetero vacare contingerit

---

[b] *IL nome non viene abbreviato correttamente e si propone questa integrazione.*
[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[d] *Evidente errore di ripetizione dello scriba.*
[e] sanctiones *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*
[f] *Il costrutto della frase è patentemente erroneo.*
[g] *Da intendersi* latere.
[h] *Da intendersi* consuetudine.

aliqua prebenda in ecclesia Sancte Marie antedicta, / antiquior canonic(us) dictam possit vacantem optare prebenda(m) infra tempus viginti dierum dumtaxat per se vel per procuratorem suum ad / hoc specialiter constitutum dictum tempus viginti dierum computando a tempore quo in ipsa ecclesia habetur noticia comuniter de prefate prebende / vacatione. Quod, si infra prelibatum tempus antiquior canonicus non optaverit vel q(uia) neglexerit vel quia noluerit, tunc infra alios / decem dies immediate subsequentes dictos viginti dies antiquior post primum et ceteri possit optare, si placuerit, alias / prebenda vacans remaneat impetranti vel alio provisso[i], declararantes autem non esse nostre intentionis derogare privilegio quo / cavetur quod prebenda morientis canonici primo anno pro suo fiendo aniversario singulis annis in aliquos reditus / convertantur, non obstante prefacta optatione. Que quidem statuti prefati domini vicedecanus et canonici, corporaliter tactis / sacrosantis scripturis, ad sancta Dei evangelia singulariter iuraverunt plene et integre observare et non contrafacere vel venire directe vel indirecte aliquo modo vel causa, ingenio vel forma per se vel interpositam personam, nec contravenienti ullo modo / assentire vel pati, sed totis viribus et posse resistere. [j]

S. T. Ego Francischinus de Mutina condam Iohannis Lapi de Florentia Utini residens imperiali auctoritate notarius / publicus, scriba et officialis in patriarchali curia predictis omnibus interffui et rogatus a dictis dominis vicedecano et / canonicis scripssi in formam publicam redigendo.

---

[i] *Questo periodo presenta diverse irregolarità grammaticali, specie nelle desinenze delle declinazioni.*
[j] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 9.*

25bis.

1350 febbraio 15, Udine, nella sacrestia della chiesa di S. Maria Maggiore

Raimondo da Udine vicedecano del capitolo e i canonici della collegiata di Santa Maria di Udine promulgano una nuova disposizione statutaria per la collegiata. Si stabilisce che non possa essere istituito ed accolto nessun nuovo canonico, qualora prima questi non abbia giurato solennemente di osservare gli statuti e le consuetudini della collegiata. Se il chierico non rinunciasse alle azioni contro gli statuti, si stabilisce che il vicedecano abbia facoltà di inibire il canipario alle distribuzioni in favore di quel chierico, sotto pena di una marca di denari aquileiesi per il canipario inosservante. Si stabilisce infine che nessun canonico osi percepire beni, redditi e frutti che vengono distribuiti dal canipario, anche qualora pretendesse di averne diritto. Le pretese debbono essere definite dal vicedecano e dai canonici.

Eodem millesimo et indictione, die quintodecimo februarii, Utini, in sacristia ecclesie Sancte Marie maioris de Utino, / presentibus venerabilibus viris dominis presbiteris Drucio Daniele de Samerdengha, Nicolao condam Petri de Utino, Fantusio / condam Michaelis et Christofaro condam Pagani omnibus officiantibus in dicta ecclesia testibus et aliis ad infrascripta specialiter convocatis et ro/gatis. Ibique venerabilis vir dominus Raymundus de Utino vicedecanus dicte maioris ecclesie Sancte Marie convocavit / et convocari fecit ad sonum campane, ut moris est, infrascriptos canonicos dicte ecclesie, more solito, in sacristia predicta pro con/stituendis et ordinandis infrascriptas constitutiones. In qua quidem congregatione interfuerunt ipse dominus vicedecanus, domini Guido Io/hanes de Tebaldis de Regio, Meliorancia de Tenis et Franciscus eius nepos, magister Pertrus de Regio, Ioha/netus, Philipinus et Simoninus de Parma, Nicolaus de Samerdengha, Guillelmus et Francischus fratres / ac Iohannes de Pulcinico, qui faciunt totum capitulum dicte ecclesie vel maiorem partem capituli, cum plures non / essent canonici residentes in eadem ecclesia, qui posint[a] ad dictum capitulum convocari. Qui dominus vicedecanus et canonici antedicti, / facientes universitatem, capitulum et colegium ecclesie antedicte, universaliter ut universi et singulariter ut singuli pro evi/denti et manifesta utilitate et comodo ac solerti cultus divini officio, attendentes quod in nonnullis ecclesiis ultra / quam in eis suppetant facultates recipiuntur clerici in ipsarum ecclesiarum grave dampnum et dispendium, contra quas receptiones / provisum est per canonicas santiones et potissime per concilium Arleatense, que in quam pluribus ecclesiis male observantur, propter quod multa dampna, / disensiones et scandalla ocurerunt ecclesie seppe dicte [b], quod magistra rerum eficax experientia

[a] *Da intendersi* possint.
[b] *Lo scriba così trascrive le parole* dissensiones, scandala occurrerunt *e* sepe.

manifestat, volentes namque sepe dicti / domini vicedecanus et canonici prelibati huiusmodi periculis et scandala obviare, statuerunt et ordinaverunt quod nullus / de cetero recipiatur in canonicum et in fratrem ab ipso vicedecano vel decano, qui in futurum esse contingerit, et canonicis qui ad / presens sunt vel in futurum [c] esse contingerint, cui provisum esse noschatur[d] de canonicatu et prebenda dicte ecclesie auctoritate apostolica, / legationis, ordinaria vel quavis alia, nisi primo iuret ad sancta Dei evangelia servare supradicta statuta et ordinationes, / nec non et omnia alia que in nostro statutorum volumine continentur, nec scienter in aliquo premisorum contrafacere vel venire. Qui / si cercioratus per vicedecanum vel decanum, qui pro tempore fuerit, in presentia duorum vel trium canonicorum ab omni peticione et molesta/cione que esset vel verti posset contra dicta statuta vel aliquid ipsorum infra triduum non destiterit cum effectu, idem vicedecanus / vel decanus propria auctoritate possit inibere canipario qui esset vel in futurum esse contingerit, ne eidem de canipa grossa, nec / de cotidianis distributionibus respondeat. Qui, si contrafecerit, idem caniparius incurat penam unius marche denariorum / Aquilegensium aplicandae canonicis et capitulo predicto, quam marcham vicedecanus teneatur exigere infra mensem, aliter de proprio resarceat, / nec eidem respondeatur de cotidianis distributionibus donec dictam marcham inter canonicos distribuitur. Et quia sunt aliqua / statuta que non servantur, ad ea nolumus extendere antedictum iuramentum, si autem emerserit dubium que servetur vel non, / disceretur[e] et discerni debeat per vicedecanum vel decanum cum maiori parte canonicorum. Item statuerunt et ordinaverunt / quod ullus ex canonicis esse presumat tante temeritatis et audacie ut propria auctoritate accipere presumat aliqua bona, fructus, reditus / et obventiones que sint distribuenda inter canonicos, que distribuantur per caniparium de mandato vicedecani vel decani, qui / fuerit vel per eum quem ad distribuendum duxerit deputandum, non obstante quod in eis vel aliqua parte ipsorum se aliquid ius habere / habere[f] pretendat. Quod si pretenderit, difiniatur per vicedecanum vel decanum qui fuerit cum maiori parte canonicorum tunc temporis / in ea parte residentium. Qui contrafecerit suspendatur a perceptione cotidianarum distributionum per prefatum vicedecanum / vel decanum qui pro tempore fuerit donec duplum cuiquid acceperit integre restituitur cui mandaverit vicedecanus vel decanus. / Qui autem aliqua de predictis acceperunt propria auctoritate ut premittitur, nisi restituerint id quod acceperunt infra trium mensium / spatium computandum a publicatione presentium, ad duplum quid acceperunt teneantur. Et vicedecanus vel decanus qui fuerit / suspendat eum a quotidianarum distributionum perceptione donec predicta restituerit cui vicedecano vel decano caniparius / qui est vel fuerit teneatur ei hobedire in non responendo

---

[c] ecc *depennato.*
[d] *Da intendersi* noscatur.
[e] *Da intendersi* discernetur.
[f] *Evidente errore di ripetizione dello scriba.*

eidem sub pena unius marche capitulo aplicande. Quam vi/cedecanus vel decanus teneatur exigere a dicto canipario inobedienti per dictam penam suspensionis. Si autem aliquis / ex predictis dicto capitulo teneatur in aliquo ex contractu vel quasi ut puta ex deposito locato et conducto, mutuo, comodato, / emptione, vendictione hiis similibus statuto ei termino secundum quod iussum fuerit, vicedecano vel decano qui fuerit cum maiori parte / canonicorum illo non conputato, qui sit obligatus quo infra dictum terminum non satisfaciente, eodem modo suspendatur donec / integre solverit ad quem tenentur. Item statuerunt et ordinaverunt, consideratis piis et devotis elargitionibus quas / pro anime sue et suorum remedio contulit ecclesie nostre bone memorie olim dominus Nicolaus plebanus Agelli quod sin/gulis mensibus anni prima die lunis mensis que ocurerit fondantur pro cui anime solatio devote preces cum ora/tionibus et vigillia solempni, in mane autem in missa maiori fiat etiam specialis oratio pro eo.

S. T. Ego Francischinus de Mutina condam Iohannis Lapi de Florentia Utini residens imperiali auctoritate notarius / publicus, scriba et officialis in patriarchalli[g] curia predictis omnibus interffui et rogatus a dictis dominis vicedecano / et canonicis scripsi in formam publicam redigendo.

[g] *Da intendersi* patriarchali.

26.

1350 maggio 31, Aquileia, nel capitolo cattedrale

Procura con la quale il Capitolo di Aquileia costituisce suoi procuratori speciali l'arciprete di Padova Bartolomeo Capodivacca e i canonici aquileiesi Giacomo da Treviso, Ugolino de Pontirolis da Forlì e Paolo de Sala, affinché possano procedere presso il tribunale del legato pontificio, il cardinale di Santa Cecilia, contro il patriarca Bertrando e i suoi officiali, nonché contro Giovanni Francesco di Castello e i suoi servitori e Guglielmo de Picossiis da Aquileia a cagione delle sopraffazioni perpetrate a danno delle proprietà e dei massari del Capitolo e dei canonici e affinché ottengano dai citati il pagamento di diverse somme date loro in prestito dal medesimo Capitolo.

Originale membr., mm 396186x, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 26.

ATTERGATI: di mano forse coeva, al margine superiore sinistro: "Procuratorium capituli Aquilegensis contra patriarcham Beltrandum, in quo (…)". Di mano del XIV sec. exeunte: "Procuratorium capituli ad procedendum contra dominum Bertrandum patriarcham et dominum Iohannem Francischum super (fos *depennato*) spoliat(iones)". Di mano forse del XV secolo, in centro: "Contra extorsiones et rapinas quasdam patriarchales (…)". Di mano probabilmente del XVII secolo: "Procuratorium contra extorssiones quasdam patriarchales n° LIX". Di mano frose del sec. XVIII-XIX: "1350. 7 marzo Aquileia". In lapis, di mano del sec. XX: "26 Tomo III".

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione; presenta alcune lacerazioni al margine superiore sinistro, al centro nella metà superiore e alla fine del testo; più blande lacerazioni lungo il margine destro. Restauri di epoca moderna. Altri fattori di deperimento sono da ricercarsi nell'umidità, che ha scolorito l'inchiostro nella metà superiore, e le macchie color vinaccia di microorganismi, che però non hanno alterato eccessivamente la scrittura. In questa prima parte è stato inevitabile il ricorso alla lampada di Wood. La forma del supporto scrittorio non è pefettamente regolare. L'inchiostro, di colore bruno chiaro, come accennato, non sempre si è bene conservato, ma assicura comunque una passabile leggibilità, anche nelle parti decolorate, ricorrendo anche all'ausilio della lampada di Wood. Compaiono tracce di rigatura al piombo, se non altro per tracciare i margini dello specchio grafico.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto posata e calligrafica, con interessanti echi della coeva libraria. Molto regolare nelle forme e nel ductus, la scrittura aderisce al modello canonico e rispetta il rapporto 1 : 2 tra corpo delle lettere e aste verticali. Le modalità esecutive, tuttavia, permettono un riconoscimento abbastanza agevole dello scriba.

[In][a] Christi nomine, amen. Anno natitivatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesi[mo][b], indictione tertia, [die / ultimo mensis] maii, venerabiles viri [domini] Franciscolus, Conradus et

[a] *Integrazione su lacerazione.*

Beltramolus [dela] Turre, Gullelmus de / [Aqui]legia, Philuppinus de [Farra] et Iacobus de [Regio][c] canonici ecclesie Aquilege, facientes capitulum et tamquam / [ca]pitulum ipsius ecclesie cum [non sint] alii canonici dicte ecclesie apud eam presencialiter residentes ad infrascripta / [s]pecialiter facienda, more et loco solitis congregati, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt suos et ipsius capituli / [si]ndicos et procuratores legitimos ac nuncios speciales venerabiles viros dominos Bartholomeum de Capitevache / archipresbiterum Paduanum, Iacobum de Tervisio, Ugolinum de Pontirolis de Forlivio et Paulum de Sala / canonicos Aquileg[enses absentes tam]quam presentes et quemlibet eorum in solidum ita quod non sit pocior con ditio ocupatus, / sed quod unus eorum inceperit, alter prosequi valeat et [fi]nire[d], specialiter ad comparendum pro eis et eorum ac ipsius / capituli [et ecclesie] Aquilegensis nomine coram reveren[dis]simo[e] in Christo patre et domino domino G. tituli sancte Cecilie / presbitero cardinali apostolice sedis legato et coram quo[cum]que[f] auditore suo vel iudice per eum delegato vel dele/gando et ad proponendum, producendum et exhibendum generaliter et specialiter quemcumque [dampnum] et quaslibet / iniurias, violencias, depredationes, rapinas, occupationes, extorsiones et exactiones indebitas specialiter/ per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Bertra[ndum][g] Dei gratia patriarcham Aquilegensem et per eius familiares, / stipendiarios, officiales, servitores et subditos […][h] per Iohannem Franciscum de Castello [diocesis Aquilegensis] / et per filios, familiares et servitores suos et […][i] quoslibet eorum et per quascumque alias personas tam / ecclesiasticas quam seculares, comunitates, universit[ates …co]legia[j] facta et illata ac factas et illatas ipsis [canonicis] / et ecclesie ac mansionariis et personis aliis eius[dem eccl]esie[k] Aquilegensis et familiaribus, servitoribus et [massariis] / eorundem in personis, bonis, iuribus, iurisdicionibus et rebus mobilibus et immobilibus et se moventibus et villis / spectantibus ad ipsos canonicos, capitulum et ecclesiam Aquilegensem comuniter seu divisim, et ad suplicandum eidem domino / legato quod de dampnis, iniuriis et violentiis, depredationibus et aliis supradictis a premissis qui [ea] et eas fecerunt / et intulerunt et qui ad hoc de iure tenentur et a quolibet eorum faciat eisdem constituentibus et capitulo et / aliis supradictis predicta passis debitam satisfationem et mendam dari, fieri et impendi, nec non prefatis canonicis, / capitulo et ecclesie ac aliis superius nominatis caveri et provideri omni modo, iure et forma quibus melius / fieri poterit, quod in futurum

---

[b] *Utilizzo della lampada di Wood; d'ora in avanti questo tipo d'integrazioni non verrà più segnalato.*
[c] *Questa è integrazione su probabile rasura, forse involontaria provocata da degrado del supporto.*
[d] *Integrazione su lacerazione.*
[e] *Integrazione su lacerazione.*
[f] *Integrazione su lacerazione.*
[g] *Si propone questa integrazione su lacerazione del supporto scrittorio.*
[h] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[i] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[j] *Lacerazione del supporto scrittorio.*

similia dampna similesque offense, iniurie et depredationes seu alia vel alie / eisdem constituentibus capitulo et ecclesie ac aliis supradictis non irrogentur neque quoquomodo fiant, et ad expo/nendum eidem domino legato quod, nisi circha premissa de celeri et utili remedio provideatur, prefata ecclesia Aquilegensis / deseretur et erit ministris et divinis officiis totaliter destituta, et ad petendum, exigendum et recipiendum / a predicto domino patriarcha et a Guillelmo de Picossiis de Aquilegia et a quolibet eorum quascumque pecunie quantitates / per eos et quemlibet eorum ipsis canonicis, capitulo et ecclesie debitas ex causa seu causis et occasionibus quibuscumque, et / nichilominus si expedierit pro dampnis, iniuriis, vioentiis, offensionibus, depredationibus et aliis omnibus et singulis / antedictis contra predictos dominum patriarcham, familiares, officiales, servitores, stipendiarios et subditos suos / ac contra Iohannem Franciscum eiusque filios, familiares et servitores premissos et quemlibet eorum prosequendis / civiliter et criminaliter et in predicti pecuniariis contra dictum patriarcham et Gullelmum de Picossiis et / quemlibet eorum et in quibuslibet aliis civilibus et criminalibus causis littibus et questionibus contra predictos et alios / quoscumque motis et movendis per prefatos canonicos, capitulum et ecclesiam Aquilegensem, ad agendum et defendendum / coram predicto domino legato vel eius auditore, commissario seu delegato, libellum seu libellos dandum et recipiendum, / litem contestandum, sacramentum de calumpnia et veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis iuramentum in animas / predictorum constituencium prestandum, ponendum et articulandum, positionibus respondendum, opponendum, excipiendum / et replicandum, testes et instrumenta et quaslibet probationes alias producendum et per partem adversam producta / reprobandum, crimina et deffectus opponendum, beneficium in integrum restitutionis petendum et implorandum, / in causa concludendum, suspectos et confidentes dandum, sententiam et sententias tam diffinitivas quam interlocutorias audiendum et ab / eis appelandum et appelationem quamlibet prosequendum, litteras tam simplices quam legendas et iudicem impetrandum / et de loco et iudicibus conveniendum, alium sive alios procuratores et sindicos sustituendum et eos revocandum et procuratoris / officium resumendum semel et pluries et tociens quociens et prout et quantum ipsis procuratoribus vel alteri eorum et cuilibet / in solidum videbitur et placuerit, et ad dicendum faciendum, procurandum et exequendum in predictis et quolibet predictorum / ac dependentibus ab eis et connexis eisdem omnia et singula que in predictis et quolibet predictorum fuerint necessaria et oportuna / eciam si mandatum exigant speciale, et que ipsimet constituentes facere possent in predictis et quolibet predictorum si personaliter / interessent. Promittentes solempni stipulationi michi Iacobo notario infrascripta stipulanti et recipienti nomine et vice / cuiuscumque interest et poterit interesse perpetuo habere et tenere firmum et ratum quidquid dictum et procuratum fuerit per dictos suos / sindicos et

---

[k] *Integrazione su lacerazione del supporto scrittorio.*

procuratores et s<u>bstituendos ab ipsis vel altero eorum et quemlibet eorum in solidum in predic[…][l] quolibet predictorum / et circha […][m] numquam contrafacere vel venire aliqua racione vel causa sub suorum omnium et dicti sui capitu[li …][n] obligatione / bonorum […]antes[o] dictos suos sindicos et procuratores et sustituendos ab ipsis vel altero eorum et q[…][p] in solidum / ab […][q] satisdandi promiserunt mic(h)i notario infrascripto stipulanti et recipienti ut supra de iudic[o…en]do[r] et iudicio / sis[…][s] clausulis oportunis sub dicta obligatione pro eis et quolibet eorum in solidum totaliter fideiu[ssores][t]. Actum / A[quilegie, in][u] capitulo supradicto, presentibus discretis viris dominis presbiteris Henrico de Padua, Iacobo de Florentia, Lancelotto / de […]nea[v] mansionariis ecclesie Aquilegensis ad hoc specialiter vocatis et rogatis. [w]

S. T. Et ego Iacobus condam Ture Civitatensis Austrie clericus beneficiatus in ecclesia Aquilegensi publicus / imperiali auctoritate notarius premissis omnibus interfui et rogatus scripsi.

---

[l] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[m] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[n] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[o] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[p] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[q] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[r] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[s] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[t] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[u] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[v] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[w] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 34.*

27.

1350 settembre 1°, Venezia, monastero di S. Niccolò in Litore

Lettera di Raimondo abate del monastero di S. Niccolò in Litore di Venezia, collettore apostolico delegato per il recupero dei beni del defunto patriarca Bertrando, a Raimondo vicedecano del capitolo di S. Maria di Udine, con la quale egli delega il destinatario nell'incarico pontificio del recupero dei beni anzidetti, poiché egli non è in grado di adempierlo a cagione dei molti impegni e dello stato di salute.

Originale membr., mm 383x370, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 27.

ATTERGATI: di mano forse coeva "Commissione fata a (miser) Raimondo Pavona decano del domo de Udene de rehaver le robe del patriarca Baltrame (stante) la sua morte". Di mano forse del sec. XIX "1350 1 settembre". In lapis, di mano del sec. XX "27 Tomo III". Da notare che compaiono, molto evanidi, alcuni calcoli eseguiti in cifre arabe, forse risalenti al sec. XIV, che non si possono agevolmente ricondurre a informazioni coerenti.

Il supporto scrittorio è in discrete condizioni di conservazione; lacerazioni si rilevano in concomitanza delle pliche. Non eccellente l'opera di restauro, che ha alterato la regolarità del formato. In calce si constatano ancora le tracce della sigillatura, con duplice foro; il sigillo è stato strappato via. Il supporto reca ancora evidenti le rigature al piombo.

La scrittura è un esempio tipico di corsiva notarile: regolare e posata, con istanze di calligrafismo, rispettosa del rigo e del modello istituzionale, con normale rapporto tra corpo delle lettere e aste verticali, tuttavia non aderisce al canone curiale. Si tratta decisamente di un notaio laico al servizio della curia del collettore pontificio.

REGESTI E EDIZIONI: BIANCHI, *Indice*, n° 3679.

[a] Raymundus[b] Dei gratia abbas monasterii Sancti Nicolaii de litore Veneciarum, sedis apostolice nuntius et collector ac comissarius in causis infrascriptis / per dominum nostrum papam specialiter deputatus. Cum potestate comittendi venerabili et circonspecto viro domino Raymundo vicedecano in ecclesia Sancte Marie de / Utino Aquilegensis diocesis dignissimo salutem et mandatis nostris ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Cum in comissione nobis noviter facta per / dominum nostrum papam super receptione et recuperatione omnium bonorum quecumque sint qualiacumque, quantacumque et in quibuscumque rebus consistant, que tempore mortis / reverendi patris domini Bertrandi bone memorie patriarche Aquilegensis exstabant, que ante mortem eiusdem per dictum dominum nostrum papam ex certis causis /

---

[a] *Al margine superiore sinistro compare una datazione di mano forse del tardo medioevo:* 1352 1ª setembris.

[b] *La* R *maiuscola iniuziale è ingrandita e potenziata.*

extiterint reservata, ut in litteris papalibus vera bulla bullatis plenius continetur, opressus aliquali infirmitate et eciam ocupatus pluribus et / diverssis negociis camere apostolice intendere nequeamus, vobis, de cuius sciencia, probitate et legalitate plenarie confidimus et per quem melius / et tucius quam per nos dicta comissio potest [adimpleri][c], tenore presentium comittimus vices nostras donec eas ad nos duxerimus / revocandas, mandantes vobis in [……][d] et sub pena excomunicationis, quam in vos, canonica monitione premissa, fecimus in hiis scriptis, nisi / feceritis que mandamus, quatenus dictam co[missi]onem[e] ob reverencia sedis apostolice benigne et reverenter recipere studeatis, mandantes executori ea omnia, / que in dictis litteris papalibus continentur, v[idelicet][f] omnia bona quecumque fuerint qualiacumque quantacumque et in quibuscumque locis consistant, videlicet bladum, vinum, / libros, vasella argentea, mitrias, croxas a[rgenteas][g], diverssa iochalia ornamenta ecclesiastica, utensilia, equos et alia quecumque animalia et cetera omnia que / exstabant tempore mortis dicti domini patriarche, exigendo, requirendo, investigando, petendo, recipiendo et recuperando et eciam per censuram ecclesiasticam / quoscumque cuiuscumque dignitatis aut status existant conpescendo, facientes taliter quod dicta bona possint recuperari et vos de vestra bona diligentia per dictum / dominum nostrum papam valeatis merito comendari, litteras apostolicas papales, si vobis videbitur faciendum, dum populus fuerit ad divina, in diversis ecclesiis / faciatis publicari, nobis scribentes que per [vos][h] actum fuerit in premissis. In quorum omnium testimonium presentes litteras seu hoc publicum instrumentum sigillo / nostro fecimus munimine roborari et ad cautelam fecimus registrari, de presentatione quarum litterarum .. latori seu exhibitori earundem nuntio nostro iurato dabimus / plenam fidem. Actum et datum in nostro monasterio Sancti Nicolay de Litore Veneciarum Castellane diocesis, die prima mensis septembris, anno nativitatis / domini nostri Yesu Christi millesimo trecentesimo quinquagesimo, indic(t)ione tercia, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Clementis divina providentia pape / sexti anno nono. Tenor vero comissionis f[…… litterarum][i] apostolicarum nobis noviter missarum sequitur in hec verba: Clemens episcopus servus servorum / Dei dillecto filio Raymundo abbati [Sancti Nicolay in][j] Litore de Veneciis ordinis Sancti Benedicti [Castellane diocesis ……][k] / dispositionem bonorum mo[bilium][l] et […… ac bo]ne[m] me[morie]

---

[c] *Integrazione proposta su inchiostro evanido per macchia di umidità e per lacerazione parziale del supporto.*
[d] *La scrittura è illeggibile per concomitanza di plica e di lacerazione del supporto scrittorio.*
[e] *Integrazione su inchiostro evanido per macchia di umidità e per parziale lacerazione.*
[f] *Integrazione su inchiostro evanido per macchia di umidità e per plica.*
[g] *Integrazione su inchiostro evanido per macchia di umidità.*
[h] *Integrazione su plica.*
[i] *L'inchiostro è evanido per l'umidità; si propone questa integrazione.*
[j] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido e lacerazione.*
[k] *Il resto del rigo è irrecuperabile per lacerazione della pergamena provocata dalla plica e per erronea sutura della medesima in corso di restauro.*

Bertrandi patriarche Aquilegensis [que] haberet vel pertinerent tempore sui / obitus ad eundem nobis ex certis causis […][n] duxerimus reservandam volimusque illa ne pereant aut consumantur indebite, fideliter / custodiri, discretioni tue per apostolica scripta ordinamus quatinus per te vel alium seu alios de bonis debitis et creditis huiusmodi, si necesse / fuerit sumarie, simpliciter et de plano [ac][o] sine strepitu et figura iudicii, te informans, ea omnia et singula petere, exigere, recipere / ac fideliter conservare procures, contradictores cuiuscumque status, gradus, ordinis aut preminencie fuerint, eciam si pontificali vel quavis alia / prefulgeant dignitate, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus si aliquibus comuniter vel divisim / a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excomunicari non possint per littera apostolicas non facientes plenam et expressam ac de / verbo ad verbum de indulto huiusmodi […]onem[p]. Nos enim tibi quitandi et absolvendi libere illos a quibus bona, debita et credita huiusmodi / receperis de hiis que receperis ab eisdem plenam concedimus tenore presentium potestatem. Datum Avinionis IIII kalendas iulii, pontificatus nostri / anno nono.

Predictis vero comissioni et omnibus predictis et singulis interfuerunt testes vocati et rogati dominus presbiter Petrus Stefani cappelanus prefati domini / collectoris et comissarii et Gerardo […]imi[q] Magalonensis diocesis domicelus dicti domini collectoris et plures alii. [r]

S. T. Et Ego Iohaninus domini condam Raymundini de Crema civis Cremonensis publicus imperiali auctoritate notarius / ac notarius officialis et scriba prefati domini collectoris et comissarii predicte comissioni et omnibus predictis et singulis interfui / eaque rogatus scripsi et publicavi meoque solito signo et nomine roborando signavi.

S. D. in plica.

---

[l] *La scrittura è illeggibile per macchia d'umidità e lacerazione; si propone questa integrazione.*
[m] *Segue lacerazione del supporto scrittorio.*
[n] *Segue lacerazione del supporto scrittorio.*
[o] *Si propone questa integrazione su lacerazione.*
[p] *Segue lacerazione del supporto scrittorio.*
[q] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[r] *Tra testo e complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 14.*

28.

1351 aprile 4, Maniago, in casa di Antonio di Porta

Testamento nuncupativo di donna Sofia moglie di Antonio de Porta da Maniago, con il quale stabilisce a sua sepoltura la chiesa plebanale di S. Mauro in Maniago, cui lega sette lire di piccoli in suffragio dell'anima sua e dei suoi genitori. Stabilisce quindi un legato in favore della sorella Fiore, costituito dal suo epitogio (sopravveste) e da un velo di seta. Stabilisce un'istituzione di quaranta soldi di piccoli in favore dei suoi legittimi eredi. Nomina infine sua erede universale la figlia Beatrice. Nel caso di sua morte in età pupillare, nomina suoi eredi la sorella Fiore e il marito Antonio in parti eguali.

Originale membr., mm 223x125, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 28.
ATTERGATI: di mano coeva "Testamentum domine Sophie uxoris Antonii de Porta". Di mano del sec. XIX "1351 4 aprile". In lapis, di mano de sec. XX "28 Tomo III".
Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione, salvo alcune lacerazioni lungo il margine destro, fatte oggetto di restauro recente. L'inchiostro è bruno scuro, bene leggibile.
La scrittura è una corsiva notarile posata e regolare, con forte adesione al modello canonizzato. Il rapporto tra aste verticali e corpo delle lettere è di 1 : 2; il ductus è aderente al rigo immaginario e molto composto. Notevole l'arenga iniziale prima della parte dispositiva.

Anno Domini millesimo trecentessimo quinquagessimo primo, indictione quarta, die / quarto aprilis, in domo ser Antonii de Porta, Maniaci, presentibus discretis / viris domino fratre Manfredo abbate Fane, presbitero Nicolao vicario plebis / Maniaci, Iohanne notario condam Ailini, Iohanne de Bevorca de Maniaco, Bartolomeo / de Coneglano nunc habitatore Maniaci, Henrico nato Nicolai de Sancto Foca/to, Matiussio filio predicti presbiteri Nicolai testibus ad hoc vocatis et ab infra/scripta testatrice rogatis. Si testamentorum solemnitas non esset a legum la/toribus introducta, morientium hereditates, ad quos nollent ingratis se/pissime pervenirent, hinc est quod nobilis domina domina Sophia uxor / predicti ser Antonii de Porta, sana mente et intellectu quamvis corpore lan/guens, timens decedere intestata, dispositionem suorum bonorum omnium per nun/cupativum suum ultimum testamentum in hunc modum sine scriptis facere procura/vit. In primis quidem sibi ellegit sepulturam apud ecclesiam Sancti Mauri / de Maniaco, cui ecclesie legavit pro remedio anime sue et suorum parentum / libras septem p(arvorum) de bonis suis. Item legavit domine Flori sorori sue / suum epitogium et unum velum de seta. Item iure institutionis reliquid[a] / et legavit illi qui in suam hereditatem[b] deberet succedere solidos

[a] *Da intendere* reliquit.
[b] *La desinenza è evidentemente erronea.*

quadra/ginta p(arvorum) et de hiis iubsit[c] ipsum fore contentum. In omnibus autem aliis su/is bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus tam presentibus quam fu/turis Beatricem filiam suam sibi heredem instituit universalem et si dicta filia / sua in pupilari etate decederet, substituit eidem pupilariter et vul/gariter et per fideicomissum Florem sororem suam predictam et ser Anto/nium virum suum antedictum equalibus portionibus. Et hanc suam ultimam / voluntatem et suum ultimum testamentum asseruit esse velle, quam valere / voluit iure testamenti et si iure testamenti non valeret, valeat tamen iure / codicillorum vel cuiuslibet alterius ultime voluntatis, quo melius valere / potest et tenere. [d]

S. T. Ego Martinus olim Nicolai de Sancto Focato imperiali / auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus scribere / scripsi.

---

[c] *Da intendersi* iussit.
[d] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 10.*

29.

1351 maggio 24, Udine, nel palazzo patriarcale

Lettera del patriarca Niccolò ad Alberto abate del monastero di S. Prospero di Reggio, con la quale lo nomina suo vicario generale in spiritualibus per tutta la diocesi e la provincia di Aquileia.

Originale membr., mm 235x313, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 29.

ATTERGATI: di mano forse coeva "Qual(iter) dominus Nicolaus patriarcha Aquilegensis fecit dominum fratrem Albertum abbatem Sancti Prosperi vicarium suum", cui una mano forse del XVI sec. ha aggiunto "Datum Utini in palatio patriarchali". Sopra compare la data "1351" di datazione incerta, cui una mano del sec. XIX ha aggiunto "25 maggio". In lapis, di mano del sec. XX "29 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in discrete condizioni di conservazione. Tracce di ceralacca di sigillo e diverse macchie deturpano lo specchio grafico, ma il danno maggiore è arrecato dalle pliche e dall'evanimento dell'inchiostro, che rendono difficoltosa la lettura. In calce sono evidenti i segni di un sigillo pendente in plica: due fori di sostegno del filo. Il siggillo, ovviamente, è deperdito. Lacerazione a sinistra dei fori del sigillo, che prosegue verso l'alto fino al testo. L'inchiostro è molto evanido e di un marrone chiaro. Evidenti le tracce di rigatura al piombo. La difficoltà di lettura impone sovente il ricorso alla lampada di Wood, onde non si dà nota dell'ausilio, salvo casi particolari. Da rilevare che è assente la *complectio* notarile.

La scrittura è una corsiva notarile posata, che segue con rigore le rigature. È regolare e composta, aderente al modello canonico. Forse di mano di scriba di alto livello che lavorava per la curia patriarcale.

REGESTI E EDIZIONI: BIANCHI, *Indice*, n° 3735 (ma in data 25 maggio).

Nicolaus[a] Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha religioso et circumspecto viro fratri Alberto abbati monasterii Sancti Pro/speri de Regio ordinis Sancti Benedicti nostro in spiritualibus vicario generali salutem in Domino. Incumbunt nobis sollicitudinis studia, ut nostra Aquilegensis / ecclesia, diocesis et provincia presertim in spiritualibus in quibus maius periculum imminet salubriter gubernetur et iustitiam qua sumus ceteris nostris / subditis debitores cum per[sonaliter] per nos ipsos non possimus, per viros fide et scientia ydoneos ministrent, attendentes itaque fidem et scientiam vestram / quibus, experientia docente, vos reperimus insignitum, secure vos nostris et eiusdem ecclesie serviciis deputamus, sperantes ut ex vestre circumspectionis industria / nobis et dicte ecclesie ac subditis nostris honores commoda proveniant vobisque laudis preconium et retributio debeatur. [Quocirca] tenore presentium vos / in predictis nostris civitate, diocesi et provinciausque ad nostrum beneplacitum facimus et constituimus nostrum vicarium in spiritualibus generalem, dantes vobis ple/nam et

liberam facultatem et potestatem omnes et singulas questiones civiles, spirituales et [criminales] principales et appellationum tam de iure / quam de [consuetudine ad nostrum ecclesiasticum forum spectantes] audiendi et fine debito terminandi, visitandi quoque [et referendi] ac super excessibus ac cri/minibus pre[latorum, clericorum et lay]corum requirendi, [corrigendi], condempnandi et puniendi [ab officiis, dignitatibus et beneficiis] ad tempus et in perpetuum / suspendendi, interdicendi, [privandi et removendi ac penam] carceris et omnes alias penas, quas […] canones per[…] prout expedire videritis, infrin/gendi super votis quoque et aliis [casibus a iure concessis] cum subditis dispensandi, confession[es] audiendi, [confitentes] absolvendi etiam in casibus / nobis specialiter reservatis [et salutares penitentias …gendi], confessores seu penitentiarios deputandi et […… eis] casus nobis specialiter / reservatos in [totum et in partem committendi] et [generaliter] omnia et singula faciendi et [exercendi que ad nostram ecclesiasticam iurisdictionem spectare] noscuntur / etiam si ultra [premissos casus mandatum exigunt speciale, super quibus] omnibus et singulis [vobis plenarie con…… vires nostras, donec eas ad nos dux/erimus revocandas]. Volumus etiam ac universis et singulis subditis nostris tam clericis quam laycis] presentium [tenore districte mandamus] quatinus vobis in / premissis et aliis [que nostrum honorem et officium spiritualis vicarie cont……[b] plenarie pateant et intendant alioquin processus quos] feceritis et sententias / quas rite [tuleritis] in rebelles ratas et gratas habebimus [et] faciemus, auctore Domino, [usque ad satisfactionem condignam] inviolabiliter observari. In cuius rei / testimonium presentes fieri iussimus nostri sigilli appensione munitas. Datum Utini, in nostro patriarchali palatio, die vigesimo quarto mensis maii, anno dominice / nativitatis millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Clementis pape VI anno nono.

S. P. D.

---

[a] *L* N *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata.*
[b] *La cerazione del supporto scrittorio.*

30.

1351 novembre 19, Udine, nel palazzo patriarcale vecchio

Sentenza emessa da Alberto abate del monastero di S. Prospero di Reggio e vicario generale in spiritualibus del patriarca Niccolò nella vertenza tra prete Giuseppe, altarista dell'altare maggiore di S. Maria di Udine e attore, e Tristano quondam Filippo da Cividale, convenuto, e riguardante l'assegnazione dei redditi di un manso situato nella villa di Orsaria, spettanti in dote all'altare maggiore di S. Maria di Udine e indebitamente detenuti da Tristano. La decisione del vicario, sulla scorta del consulto giuridico di Giovanni de Monticoli, stabilisce che Tristano rilasci immediatamente il manso e restituisca a prete Giuseppe i redditi indebitamente percepiti, condannandolo anche alla scomunica secondo le costituzioni provinciali, finché non adempia all'ordine della sentenza, e al pagamento delle spese processuali.

Originale membr., mm 328x440, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 30.

ATTERGATI: di mano forse coeva ma ricalcata e evidenziata da mano forse del sec. XVII "Sententia lata per abbatem Sancti Prosperi de quodam manso posito in Orsaria spectante ad dotem altaris maioris Utini". La medesima mano del sec. XVII ha apposto sopra il regesto la data "1351", nuovamente scritta alla fine "1351 19 novembre". Una mano forse del sec. XIX ha aggiunto alla datazione in capite "19 novembre". Al di sotto, forse la medesima mano del sec. XVII ha apposto un titolo riassuntivo "Altaris maioris". In lapis di mano del sec. XX "30 Tomo III".

Il supporto scrittorio si trova in buona condizioni di conservazione, bene dealbato, con lievissime tracce della plicatura, cui corrispondono alcune macchie nerastre, che però non intaccano la scrittura. Evidentissime le tracce della rigatura al piombo. L'inchiostro è di un bruno marcato, bene leggibile.

La scrittura è una corsiva notarile posata, di impatto calligrafico, che rispetta molto il canone esi attiene con rigore alla rigaura e ai margini. Regolare e uniforme, essa denota, insieme con la dimestichezza con il formulario usuale, un buon possesso della professione da parte dello scriba.

In[a] Christi nomine, amen. Orta coram nobis fratre Alberto abbate monasterii Sancti Prosperi de Regio reverendissimi in Christo patris et domini domini Nicolai Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche dignissimi in spiritualibus / vicario generali inter presbiterum Ioseph officialem et qui celebrat divina officia super maiori altari ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis agentem ex parte una et Tristanum de Civitate Austria filium condam domini / Philippi de dicto loco seu eius procuratorem se deffendentem ex altera super quodam manso sito in villa de Orsaria recto per Martinum condam Iohannis de dicta villa et super

[a] *La* I *iniziale è allungata, potenziata e ornata.*

fructibus ipsius mansi per dictum Tristanum occupati, mate/ria questionis super petitione per ipsum presbiterum Ioseph oblata coram nobis, cuius tenor talis est: Coram vobis venerabili viro domino fratre Alberto abbate monasterii Sancti Prosperi de Regio reverendissimi in Christo patris domini Nicolai / Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche in spiritualibus vicario generali conqueror ego, presbiter Ioseph, qui celebro et celebrare debeo super maiori altare ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis pro animabus condam nobilis mili/tis domini Tarabotti et domine Zeneurie[b] olim eius uxoris, que legavit pro celebratione dicti altaris quendam suum mansum situm in villa de Orsaria rectum per Martinum condam Iohannis de dicta villa, de Tristano de / Civitate filio condam Phylippi, qui, me existente in possessione pacifica dicti mansi ratione dicti altaris, occupavit et invasit dictum mansum et infrascriptos redditus dicti mansi, videlicet staria frumenti decem, staria avene sex, congia / vini quatuor, unum agnum et unam spatulam, denarios vigintiquatuor pro fictibus duorum annorum, in anime sue periculum et mei et altaris predicti non modicum detrimentum. Quare peto dictum Tristanum per / debita iuris remedia per vos, dominum vicarium predictum, compelli et cogi ad dimictendum dictum mansum et ad dandum et restituendum michi dictos fructus pro dictis duobus annis, quos indebite invasit et occupavit, / ex predicto manso vel eorum fructuum extimationem, quam facio et extimo marcha(s) octo denariorum Aquilegensium, salvo iure calculi, et nichilominus pronunciari et declarari ipsum Tristanum excommunicationis sententiam incurrisse eo quia invasit / et occupavit bona dicte ecclesie et altaris predicti. Et predicta peto omni modo, iure et forma, quibus melius possum, salvo iure addendi et minuendi et novam petitionem porrigendi, et peto expensas cause factas, / quas facio duas marchas, et protestor de faciendis. Super qua lite legitime contestata et de calumpnia prestito iuramento statutoque termino partibus ad probandum de iure suo factisque quibusdam positionibus et respon/sionibus ad easdem productisque testibus quibusdam in dicta causa et eorum attestationibus publicatis, necnon quibudam instrumentis et iuribus et statuto termino partibus ad opponendum contra producta, demum in ipsa causa cum ipsis / partibus concluso et assumpto per nos sapiente viro domino Iohanne de Monticulis iuris utriusque perito ad consulendum in dicta causa et per ipsum consultorem consilio nobis dato, cuius consilii tenor talis est: In Christi nomine, amen. / Super causa seu questione vertente inter venerabilem virum presbiterum Iosephum capellanum collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino ex parte una agentem et Tristanum filium condam Phylippi de Civitate Austria seu eius procuratorem ex parte / altera se defendentem occasione cuiusdam mansi siti in villa de Orsaria recti per Martinum condam Iohannis de dicta villa ac quorundam fructuum vel affictuum ex dicto manso perceptorum per Tristanum antedictum, coram reverendo patre et / domino domino fratre Alberto abbate

[b] *La* z *è resa con il segno specifico.*

monasterii Sancti Prosperi de Regio reverendissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicolai Dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimi patriarche in spiritualibus vicario generali, visis petitione, capitulis, positio/nibus et attestationibus ac instrumentis et probationibus ceteris per predictum presbiterum Iosephnum in dicta causa productis, necnon defensionibus, responsionibus et oppositionibus pro parte dicti Tristani in iudicio factis auditisque allegationibus, quas partes ipse / facere voluerunt et super predictis et omnibus actis et monimentis cause deliberatione prehabita diligenti, consilium mei Iohannis de Monticulis assumpti per prefatum dominum vicarium in dicta causa ad consulendum super diffinitiva sententia in / ipsa ferenda tale est, et ita consulo, videlicet prefatum Tristanum sive eius procuratorem eius nomine per prefatum dominum vicarium diffinitive condempnandum fore ac etiam per iuris remedia compellendum et cogendum fore ad li/bere dimictendum dictum mansum cum fructibus et iuribus ipsius dicto presbitero Iosepho tanquam[c] capellano maioris altaris dicte ecclesie et ad desistendum ab omni impedimento vel molestia decetero inferendis dicto prebitero Iosepho super paci/fica possessione dicti mansi ac etiam ipsum Tristanum condempnandum fore nomine fructuum indebite per eum perceptorum ex dicto manso ad restituendum predicto presbitero Iosepho frumenti staria decem, avene staria sex, congia vini quatuor, unum / agnum, unam spatulam et denarios vigintiquatuor, quos affictus dictus Tristanus confessus fuit se recepisse, et quia dictus Tristanus occupavit fructus dicti mansi et molestavit dictum presbiterum Iosephum quominus fructus et affictus / ipsius mansi libere perciperet, consulo per dictum dominum vicarium declarandum fore dictum Tristanum excommunicatum esse et sententiam excommunicationis ipso facto incurrisse vigore constitutionis provincialis propter occupationem et molestationem predictas et ipsi excommunicationis sententie / subiacere donec restituerit predicta et a predictis impedimento et molestia destiterit. Consulo insuper victum victori in expensas legitimas condempnandum. In quorum omnium testimonium presens consilium clausum meo consueto sigillo / roboravi. Datum Utini, die vigesimosexto mensis octubris, indictione quarta. Nos[d] frater Albertus vicarius antedictus pro tribunali sedentes in patriarchali palatio veteri castri Utini Aquilegensis diocesis, presentibus partibus suprascriptis, videlicet / predicto presbitero Ioseph ex parte una et predicto Tristano ex parte altera, Dei nomine invocato, de cuius vultu recta procedunt iudicia, sequentes[e] formam suprascripti consilii in hiis scriptis dicimus, sententiamus et sententialiter diffinimus prefatum / Tristanum seu eius procuratorem eius nomine per nos condempnandum fore et eos condempnamus per hanc nostram diffinitivam sententiam ad dimictendum et libere relaxandum suprascriptum mansum in petitione dicti presbiteri Ioseph contentum ipsi presbitero Ioseph /

---

[c] *Da intendersi* tamquam.
[d] *La* N *maiuscola iniziale è ingrandita.*

tanquam cappellano maioris altaris dicte ecclesie Sancte Marie de Utino et ad desistendum ab omni molestia et impedimento decetero inferendis dicto presbitero Ioseph super possessione pacifica dicti mansi. Condempnamus etiam dictum Tristanum ipsi presbitero / Ioseph ad restituendum eidem decem staria frumenti, sex staria avene, quatuor congia vini, unum agnum, unam spatulam et denarios vigintiquatuor, quos idem Tristanus ex dicto manso indebite noscitur percepisse, declarantes etiam per / hanc nostram sententiam prefatum Tristanum eo quia dictus Tristanus occupavit fructus dicti mansi et molestavit dictum presbiterum Ioseph, quominus fructus et redditus dicti mansi libere percipere potuerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrisse, vigore constitutionum / provincialium contra occupatores et invasores ecclesiasticorum bonorum editarum, ac tam diu ipsum Tristanum ipsi excommunicationis sententie subiacere donec restituerit predicta per ipsum ablata prefato presbitero Ioseph, insuper ipsum Tristanum victum ipsi presbitero / Ioseph victori in expensis in ista causa factis legitime condempnamus, quarum taxationem nobis imposterum reservamus. [f]

Lecta, lata et in scriptis pronunciata suit sententia suprascripta per supradictum dominum vicarium pro tribunali sedentem in patriarchali palatio veteri castri Utini Aquilegensis diocesis, presentibus partibus suprascriptis, videlicet predicto presbitero Ioseph ex parte una / et predicto Tristano ex parte altera, sub anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo quinquagesimoprimo, indictione quarta, die decimonono novembris, presentibus testibus venerabilibus viris dominis Matheo de Padua canonico Aquilegensi et / Viviano de Pulcinicho canonico Utinensi, Odorico filio domini Gabrielis de Cremona Utini habitante, Benevenuto condam domini Ancii de Vicentia, Tycio condam Neracii de Carmignano, Uriçio notario condam Nicolay Russiti de Utino, / Francischino de Mutina notario et Pino condam magistri Stephani de Aquilegia et aliis. [g]

S. T. Ego Petrus condam domini Francischini de Fosdenova Lunensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius ac predicti domini vicarii officialis et scriba predicte sententie lecture, diffinitioni, declarationi et omnibus et singulis suprascriptis / presens interfui et rogatus de mandato dicti domini vicarii publice scripsi meumque signum apposui consuetum.

---

[e] *Da intendersi forse* sequentem.
[f] *Tra il testo e le formule di escatocollo intercorre uno spazio di circa mm 17.*
[g] *Tra l'escatocollo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 19.*

31.

1352 gennaio 20, Arcano, davanti alla casa di Francesco d'Arcano

Agnese quondam Rodolfo de Rasa e moglie di Francesco d'Arcano vende, con il consenso del marito, a Vicardo di Colloredo quondam Guglielmo di Venzone una sua serva, di nome Fedele e moglie di Soto d'Arcano, con tutti i suoi beni e i suoi eredi maschi e femmine, al prezzo di ventiquattro marche di denari nuovi aquileiesi, somma interamente versata e contestualmente quietanzata. Consuete formule di garanzia del negozio. Francesco d'Arcano si dichiara manutentore del negozio. Agnese nomina nunzio in tenuta il testimone Pertoldo d'Arcano.

Originale membr., mm 253x130, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 31.

ATTERGATI: di mano forse coeva "Carta Fedelis de T(er)cano". Di mano forse del sec. XVII "Colloredo emptio F……ne de masnada". La datazione "1352" forse del sec. XVII è completata di mano del sec. XIX "20 gennajo". In lapis, di mano del sec. XX "31 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. L'inchiostro è nero brillante, bene leggibile. Lievi tracce di rigatura al piombo.

La scrittura è una corsiva notarile posata, piuttosto calligrafica, che rispetta con rigore lo specchio grafico; il ductus è regolare e l'adesione al modello canonico molto marcata. Lo scriba denota una buona dimestichezza professionale.

In[a] nomine Domini, amen. Anno eiusdem Domini millesimo tricentesimo quinquagessimo secundo, indictione / quinta, die vigesimo mensis ianuarii, presentibus dominis Riçardo de Tricano, Pertoldo eius fi/lio, Francisco filio domini Bernardi de Coloreto, Nicolusio condam Asquini dicti loci, Nico/lusio de Mels condam domini Fulcherii de Prodolono, Bernardo de Cavoryacho condam Fanti Hendirci, / Iohanne de Osopio condam domini Fulcherii et aliis testibus ad hoc vocatis et rogatis. Domina Agnes / filia condam domini Rodulfi de Rasa uxor domini Francisci de Tricano, presente dicto domino Francisco / viro suo volente et consenciente, per se suosque heredes, precio et foro vigintiquatuor / marcharum denariorum novorum Aquilegensis monete, quod totum contenta, confessa et manifesta fuit coram dictis / testibus et me notario subscripto habuisse et recepisse a domino Vicardo de Coloreto condam domini Guillelmi / de Venzono[b], renuncians exceptioni sibi non dati, non habiti et non numerati dicti precii tempore huius / contractus et omni legum et iuris auxilio tam canonici quam civilis et omni alio suo iuris sibi conpetenti vel competituro cum quo vel cum quibus a predictis omnibus se aliqualiter deffendere vel tueri posset, dedit, / vendidit et tradidit Fidelem mulierem

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata (mm 45).*
[b] *La* z *è resa con il segno specifico.*

condam [c] Value de Tricano et uxor Soti / dicit loci dicto domino Vicardo ementi et recipienti pro se et heredibus suis vel cui dare voluerit cum / omnibus heredibus [d] habitis et habituris et cum omnibus eius bonis lucratis et lucraturis in perpetuum / cum omni iure et actione, usu seu requisitione reali et personali utile et directa, tacita vel expressa, servitute, dominio, honore, comdo et utilitate sibi pro dicta fidele et de omnibus eius heredibus / tam masculis quam feminis ex ipsa matis et nascituris et de omnibus eius eorum bonis lucra/tis et lucraturis modo aliquo spectante vel pertinente de iure vel de facto, ad habendum, te/nendum, possidendum, dandum, donandum, vendendum, locandum, permutandum, obligandum, alienandum pro / anima et corpore iurdicandum et quicquid ei et eius heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum sine / contradictione et impedimento dicte domine Agnetis suorumque heredum vel alicuius alterius persone et si/ dicta vendicione plus valeret precio supradicto, illud plus quidem domina Agnes ipsi domino Vicar/do et eius heredibus vel cui daret, donavit donationis nomine inrevocabilis que dicitur inter vivos / et non causa mortis, non valens ipsam donationem ulla iniuria, ingratitudine, contrarietate / seu causa revocare, promittensque dicta domina Agnes per se suosque heredes et cum obligacione / omnium suorum bonorum ypotecha mobilium et immobilium presentium et futurorum ipsi domino Vicardo / et eius heredibus de dicta Fidele et eius heredibus omnibus ex ipsa descendentibus ac de eorum / bonis lucratis et lucraturis litem vel questionem aliquam non facere nec movere, nec moventi / consentire, sed dictam Fidelem et omnibus heredibus eius tam masculis quam feminis ex ipsa natis et na/scituris et de omnibus bonis lucratis et lucraturis ab omni homine et persona, universitate, le/gitime defendere et manutenere in iuribus suis omnibus dampnis pariter et expensis, omneque damp/num et espensas litis eique[e] integraliter resarcire, quas propter hoc sustinetur, nec contra propter predicta / vel aliquod predictorum ullo tempore per se vel per alios aliqu(am) facere vel venire racione aliqua, / dolo, ingenio sive causa, sed et ipsa domina Agnes iuravit ad sancta Dei evangelia coram me / notario infrascripto venditionem huiusmodi et omnia et singula in hoc instrumentum contenta perpetuo firma, / rata et grata habere atque tenere sub pena dupli minus quinque solidos Veronensium parvorum, que / pena soluta vel non, presens instrumentum et omnia que in eo continetur, nichilominus suam semper obtineat firmi/tatem. Pro quibus omnibus attendendis et firmiter observandis, dominus Franciscus condam domini Iacobi / de Tricano per se suosque cum obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum de predictis extitit / fidelis et legitimus manutentor in (iure) contra quamlibet personam volentem litem dicere, facere vel movere dicto / domino Vicardo vel suis heredibus tam in iudicio quam

---

[c] Soti de *depennato.*
[d] *Segue* ex *depennato.*
[e] *Corretto da* eisque *con* s *depennata.*

extra, fuitque per [f] ipsam dominam Agne/tam ipsi domino Vicardo nuncius tenute datus et assignatus dominus Pertoldus de Tricano testis supra/dictus. Actum in Tricano ante domum dicti domini Francisci. [g]

S. T. Et Ego Franciscus condam Iohannis de Mugla imperiali auctoritate notarius publicus / constitutus hiis omnibus interfui rogatus scripsi.

---

[f] *Segue* ipsum *depennato.*
[g] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 16.*

32.

1352 febbraio 12, Ragogna, Suaf, sopra la casa di Giacomuccio

Testamento nuncupativo di Leonarduccio quondam Giovannino de Belloni da Udine, con il quale, dovendo uscire dalla provincia del Friuli, dispone dei suoi beni. Lega mezza marca del livello che percepisce di una casa in Borgo Gemona al convento dei Frati Predicatori di S. Pietro martire in Udine, affinché celebrino il suo anniversario annuale. Dona i suoi tre letti della casa di Udine agli ospedali cittadini. Lascia in eredità a suo zio paterno Bellone la casa che possiede in mercato vecchio di Udine, a condizione che egli versi venticinque marche di denari aquileiesi alla sorella Caterussa dopo la morte del testatore; in caso contrario, la casa andrà a Caterussa. Lascia alla sorella Amitussa cento lire di piccoli, a condizione che non muova altre richieste alla sua erede unversale. Lascia al cognato Giacomuccio quondam Giovanni di Ragogna tutte le sue armi e i suoi cavalli. Istituisce sua erede universale la sorella Caterussa, moglie di Giacomuccio. Nomina suoi esecutori testamentari gli zii Bellone e Ottobono e il cognato Giacomuccio.

Originale membr., mm 270x180, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 32.
ATTERGATI: di mano forse coeva "Testamentum Leonarducii de Utino". Di mano del sec. XIX "1352 12 febbraio". In lapis di mano del sec. XX "32 Tomo III".
Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione, salvo per le tracce lasciate dalle pliche. L'inchiostro è marrone scuro, bene leggibile. Tracce di rigatura per definire il margine sinistro dello specchio grafico.
La scrittura è una corsiva notarile posata. Non è regolare nell'andamento del documento, modificando la grandezza sul rigo immaginario man mano che il testo procede, forse per un inesatto calcolo della lunghezza del testo stesso rispetto al supporto scrittorio. L'asse delle lettere non è sempre costante rispetto al rigo e al margine destro gli sforamenti sono continui. Tuttavia la scrittura denota una notevole aderenza al modello canonizzato e la scioltezza d'esecuzione rivela una buona professionalità, confermata anche dall'assenza di correzioni e dall'uso sicuro del formulario.

Anno[a] Domini millesimo trecentessimo quinquagessimo secundo, indic(t)ione quinta, die duodecimo intrante mense februario, / in Ragonea, in loco qui dicitur Suaf, super domum habitacionis domini Iacomucii infrascripti, presentibus Iosepho condam Iome de Ragonea, / Iacobo condam Bacinelli de Vilucia, Henrico condam Gisle de Sua(n)o, Petro dicto Pepus condam Tusoni, Thero condam Marci de Vilucia, Poluto/damos de Utino et Henrico condam Francisci de Spegnimbergo habitante cum dicto domino Iacomucio testibus et aliis ad hec

[a] *La* A *maiuscola iniziale è ingrandita.*

vocatis specialiter / et rogatis. Si testamentorum solempnitas non esset a legum doctoribus introducta plerumque moriencium hereditates ad quos / nolent sepissime pervenirent. Ideoque Leonarducius condam Iohanini de Belonis de Utino, intendens extra provinciam / Foroiulii remeare, sanus mente et sensu per gratiam Iesu Christi, timens periculum mortis et ab intestato dece/deret, suum ultimum nuncupativum presens testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Imprimis, quidem / legavit pro anniversario suo fiendo anuatim pro anima sua conventui fratrum predicatorum Sancti Petri martiris de Utino mediam / marcham denariorum Aquilegensium de livello quod sibi solvere tenetur Nicolaus dela Stu(v)a super quadam eius domo sita in / burgo Glemone Utini iuxta royam, cuius domus tales sunt confines [b] si que / veriores essent confines. Item legavit ospetalibus de Utino tres suos lectos quos habet in domo sua Utini pro anima sua. / Item legavit iure institutionis et hereditatis domino Belono eius patruo domum suam cum eius pertinenciis habitacionis dicti / testatoris scitas[c] in foro veteri Utini iuxta domos dicti domini Beloni et domos Guillelmi magistri Ghyrardi et viam publicam / a parte anteriori et viam per quam itur ad dictas domos et certas alias a parte posteriori. Cum hac conditione quod dictus dominus / Belonus dare et solvere debeat et teneatur domine Katherusse eius sorori et heredi eius infrascripte pro dicta domo sibi legata / marchas vigintiquinque denariorum Aquilegensium infra quindecim dies qu(am)cumque fuerit requisitus per dominam Katherussam heredem / eius infrascriptam post obitum eiusdem testatoris, quod si idem dominus Belonus dictas vigintiquinque marchas denariorum ipsi / domine Katherusse solverit infra quindecim dies facta sibi requisicione, ut superius dictum est, ipsam domum sibi legatam / cum eius pertinenciis in se habere et retinere debeat in sua posessione pacifica. Et si dictas vigintiquinque marchas denariorum / dicte domine Katherusse infra terminum quindecim dierum postquam requisitus fuerit non solverit vel non adimpleverit per/solvendo dictas vigintiquinque marchas legatas per dominum testatorem prefate domine Katherusse, ut superius dictum est, / tunc dicta domus cum eius pertinenciis legata dicto domino Belono remaneat et esse debeat perpetualiter dicte domine Kathe/russe et in eius posessione pacifica, non obstante dicto legato facto prefato domino Belono, sine contraditione eiusdem / domini Beloni vel alterius persone. Et si dicte ordinationi et legato contrafecerit, voluit, iusit[d] et ordinavit quod dictus dominus / Belonus de bonis suis soldos quinque parvorum habere debat iure legati et institutionis et hereditatis et nichil aliud, persolven/das per infrascriptum suum heredem, de quibus voluit ipsum dominus Belonum esse tacitum et contentum. Item legavit / domine Amitusse eius sorori iure legati, institutionis et hereditatis libras centum parvorum, cum han conditione quod si dicta domina / Amitussa aliqualiter molestaret infrascriptam eius heredem

[b] *Segue uno spezio bianco di mm 62.*
[c] *Da intendersi* sitas.

seu de predicto legato facto non foret tacitam et contentam, / quod de predictis centum libris parvorum sibi legatis nichil habere debeat, nisi solum solidos quinque parvorum persolvendos per infrascriptum / eius heredem, quos quinque soldos parvorum eidem domine Amitusse legavit iure institutionis et hereditatis, de quibus prefatam / dominam Amitussam voluit esse tecitam et contentam et de predicta hereditate nichil aliud petere possit modo quocumque / vel forma. Item legavit iure institutionis et hereditatis omnibus et singulis personis qui vel que de iure petere / possent hereditatem suam soldos quinque parvorum pro quolibet de quibus voluit eosdem tacitas et contentas. Item legavit / Iacomucio eius congnato omnia arma sua et equos suos. In omnibus autem aliis suis bonis mobillibus et immobillibus, / iuribus et actionibus tam presentibus quam futuris tam de guarda dotium et iurium domine Amitte eius ave, quam aliis quibuscumque / bonis dominam Katherussam eius sororem et uxorem Iacomucii condam domini Iohannis de Ragonea sibi universalem heredem in/stituit et esse voluit et legittimum posessorem, huius autem sui testamenti fidecomissarios et executores constituit dominos / Belonum et Ottobonum eius patruos et Iacomucium eius congnatum predictum. Et hanc suam ultimam voluntatem aseruit / esse velle quam valere voluit iure testamenti et si non valet iure testamenti, valeat saltim iure codicillorum vel / alterius sue ultime voluntatis et quovis alio iure quo melius et efficaciu valere potest pariter et tenere. [e]

S. T. Ego Odoricus de Ragonea imperiali auctoritate notarius constitutus omnibus hiis interfui et hanc cartam / rogatus scripsi.

---

[d] *Da intendersi* iussit.
[e] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 17.*

33.

1352 settembre 30, Sclaunicco, nella piazza sotto il tiglio

Il comune e la vicinia di Scalunicco costituiscono il decano e giurato Vinerio quondam Giovanni e Giacomo quondam Martino loro procuratori, sindaci e delegati, affinché possano difendere in giudizio la comunità presso il tribunale patriarcale contro la comunità di Galeriano nella vertenza riguardante i pascoli e i campi posti nei confini delle due ville.

Originale membr., mm 390x196, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 33.

ATTERGATI: di mano forse del sec. XIV exe. – XV ine. "Una procura illorum de Sclauanico nihil valet". Sopra compare la datazione, forse di mano del sec. XVII "1352", cui una mano del sec. XIX ha aggiunto "30 settembre". Appena leggibile con la lampada di Wood "Pro pascuis Sclaunichi et Galaryani", forse di mano del sec. XVII. In lapis di mano del sec. XX "33 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in discrete condizioni di conservazione. Presenta soltanto alcune lacerazioni ai margini, risarcite con restauro moderno. Diverse macchie d'umidità costellano il margine superiore e parte del margine destro, ma senza incidere sulla leggibilità del documento. L'inchiostro è di un bruno chiaro, ma molto leggibile.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto corrente, ma senza perdere di evidenza e di chiarezza. Mancano le rigature e quindi l'andamento scrittorio è irregolare, pur cercando di rispettare il rigo immaginario. L'asse tende a essere poco costante sulla perpendicolare del rigo, mentre il ductus tende ad innalzarsi naturalmente verso destra. La grandezza della scrittura non è costante, poiché s'ingrandisce col procedere del testo. Regolare il rapporto tra corpo delle lettere e aste verticali. Una manipula compare all'altezza del rigo 24.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo, indictione quarta, / die ultimo mensis septembris, presentibus provido viro domino presbitero Nicolao de Samerdencha, / Odorico Torta nuncio curie patriarchalis, Iohanne pellipario condam Conradi omnibus tribus Utini habitantibus, / Dominico condam Iacobi de Flambro, Philippo condam Francissci decano de Galoryano, Abraam / condam Chuzizi[b] de Galaryano testibus et aliis pluribus. Congregatis insimul habitantibus et / comune ville de Sclaunicho ad eorum vicinanciam, prout moris est, specialiter pro infrascripto / sindicato et omnibus contentis in presenti instrumento peragendis ubi interfuerunt ultra quam / due partes hominum ipsius ville, videlicet Vinereus[1] condam Iohannis decanus et iuratus dicte / ville, Iohannes condam Prett, Venutus condam Iohannis, Beltramus condam Birusii, Dominicus /

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata.*
[b] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[1] Sussiste una certa oscillazione nel nome del decano. Di volta in volta verrà trascritto fedelmente.

Miglari, Alesius condam Antonii, Dominicus Tasottus, Bertholottus condam Birusii, / Matheus condam Venerii, Maruttus condam Dominici, Petrus filius Iohannis, Iohannes Palasi / condam Dominici, Zeraldus[c] condam Iacomucii, Iacobus condam Martini, Prianus filius Iacobi / et alii quam plures omnes de Sclaunicho constituentes et facientes v<i>cinanciam dicte / ville. Qui namque Vinerus decanus et iuratus cum conscensu[d] et voluntate predictorum / omnium de Sclaunicho ac ipsi omnes insimul de unanimi consensu et pari voluntate / omnibus via, modo et forma quibus melius potuerunt, fecerunt, constituerunt et or/dinaverunt predictos Vinerium decanum et iuratum et Iacobum condam Martini / ibidem presentes et infrascriptum mandatum in se sponte suscipientes et utrumque / ipsorum in solidum itaque occupantis conditio pocior non existat, sed quod unus ipsorum / inceperit, alter mediare valeat prosequi et finire, eorum et dicte comunitatis certos / et veros nuncios, actores, factores, sindicos et procuratores legitimos speciales et / generales et specialiter et nominatim in omnibus et singulis litibus, causis, controversiis et questionibus / quas habent, habituri sunt vel haberi possent cum hominibus et comune ville de Galer/yano [e] nomine et occasione pascui de veteribus et pasculationis omnium et singulorum aliorum / pascuorum, camporum et pratorum et generaliter nomine et occasione pasculationis cuiuscunque / terreni siti et positi in confinibus dictarum villarum seu quavis alia actione tam in agendo / quam in deffendendo coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Nicolao Dei / gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha dignissimo vel eius vicariis et officialibus / et coram quibuscumque aliis iudicibus datis vel dandis, ecclesiasticis vel civilibus, / ad agendum, petendum et deffendendum, libellos dandum, iudices elligendum / et recusandum, exceptiones declinatorias, dilatorias et perpemptorias opponendum / satisdandum, litem contestandum, crimina et effectus opponendum, de calumpnia / et veritate dicenda et cuiuslibet generis iuramentum in animam ipsorum prestandum, testes / et instrumenta producendum et alterius partes iurare videndum, sententiam et sententias / audiendum et ab ea vel ab eis appelandum et appelationes prosequendum, unum / et plures sindicos et procuratores loco sui substituendum et eosdem revocandum, / hoc tamen procuratorio semper in suo robore permanente, compromittendum, laudum et / arbitrium ferri videndum et id reduci petendum ad arbitrum boni viri, / et generaliter omnia et singula faciendum que quilibet verus et legiptimus procurator / et sindicus facere potest et que ipsimet omnes facere possent si personaliter adeessent, / promittente quoque predicti constituentes michi notario infrascripto tamquam publice / persone nomine et vice omnium quorum interest vel poterit interesse stipulanti, se firmum, / ratum et gratum habere, tenere et plenius observare quicquid et omne id quod per

---

[c] *La* Z *maiuscola è resa con il segno specifico.*
[d] *Da intendersi* consensu
[e] *Emarginata a sinistra di questo rigo compare quella che parrebbe somigliare ad una manipula stilizzata.*

dictos / eorum sindicos et procuratores vel alterum ipsorum et substituendum vel substituendos / ab eis vel altero eorundem, actum, factum et procuratum fuerit in predictis et quolibet / predictorum tam in perdendo quam in lucrando relevantesque dictos eorum sindicos et procuratores / ab omni onere satisdandi promiserunt de iuditio sisti et iudicato solvendo in omnibus / clausulis suis, sub ypotheca et obligatione omnium eorumdem et dicte comunitatis / bonorum presentium et futurorum et tam habitorum quam habendorum. Actum in platea dicte / ville de Sclaunicho sub thileo. [f]

S. T. Et ego Stephanus condam Francissci pelliparii de Utino imperiali / auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripssi.

[f] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 27.*

34.

1353 gennaio 17, Aquileia, nel capitolo cattedrale

Il Capitolo di Aquileia elegge canonico Giovanni figlio di Giovannino da Lissone abitante di Udine, assegnandogli il canonicato e la prebenda rimasti vacanti per la morte del canonico Ottolino da Bergamo. Il Capitolo nomina giudice esecutore dell'immissione nel beneficio il canonico Filippino della Torre. Giovanni, contestualmente all'elezione, dopo averla accettata, presta il consueto giuramento di fedeltà allo statuto e alle consuetudini del Capitolo e viene quindi immesso nel suo beneficio.

Originale membr., mm 323x214, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 34.

ATTERGATI: di mano del sec. XIV "Ellectio Iohannis de Lisono ad canonicum et prebendam Aquilegens(em) et in possessionem inductio M IIIC LIII, die XVII ianuarii". Poco sopra, forse di mano coeva "Ellectio prebende Aquilegensis". Scritte forse di mano del sec. XIV exe. o XV ine. sono talmente evanide da essere difficilemnte leggibili: "De iure et consuetudine electio canonicorum … plene spectat capitulo Aquilegensi etc.". Segue una nota forse coeva alla precedente " Reperi ego Ia.. Ma…. In domo condam ser N. de (Savorgnano)". Tra le due note, forse di mano del sec. XVII "N. X". Una datazione del tardo medioevo "1353" è seguita da aggiunta del sec. XIX "17 gennajo". In lapis, di mano del sec. XX "34 Tomo III". Sul verso della pergamena sussistono acora tracce del sigillo cereo, probabilmente rosso, sulle piegature della pergamena.

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. È di qualità molto elevata, sottile e bene dealbato, di forma regolarissima. Lo specchio grafico presenta forti rigature al piombo sia per i margini che per le righe di scrittura. Lievi tracce delle pliche, che a volte deteriorano la scrittura, senza però incidere sulla comprensione del testo, e molto evidente il residuo della plica sigillaria, ora distesa e con i quattro fori del sigillo pendente, ovviamente deperdito. L'inchiostro è di un bruno carico, a volte meno intenso, sempre bene leggibile.

La scrittura è una corsiva notarile posata, calligrafica, di forte impatto estetico, di chiaro intento ufficiale. Regolare e aderente al modello canonizzato, rispetta fedelmente i righi e sfora solo lievemente al margine destro. Piuttosto costipata sul rigo, la scrittura è molto nitida e denota ampia padronanza del gesto grafico.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimotercio, indic(t)ione sexta, die decimoseptimo / mensis ianuarii. Nuper[b] in maiori ecclesia Aquilegensi canonicatu et prebenda, quos quondam dominus Ottolinus de Pergamo / olim ipsius ecclesie canonicus in eadem ecclesia dum viveret obtinebat, vacantibus per eius obitum, qui pridem apud locum / sue originis diem clausit extremum, venerabiles viri domini

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 63; la* n *è ingrandita.*
[b] *La* N *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata.*

Ambrosius de la Turre vicedecanus, Conradus et Beltra/molus de Laturre, Guillelmus de Aquilegia, Philippinus de Fara, Iohannes de Carathe suo nomine ac eciam vice / et nomine venerabilis viri domini Franciscoli de la Turre dicte ecclesie canonici, qui non valens propter eius infirmitatem / infrascripto capitulo interesse eidem domino Iohanni super infrascripto electionis negocio commisit specialiter vices suas prout / de commissione huiusmodi constat publico instrumento scripto manu mei Iacobi notarii infrascripti, anno, indictione, mense / et die suprascriptis, Iacobus de Marano de Parma et Thomasinus de Forlivio omnes canonici dicte ecclesie Aquilegensis / facientes et constituentes totum capitulum et tamquam capitulum ipsius ecclesie pro infrascripta electione specialiter celebranda, / in ore et loco solitis congregati, cum nulli alii essent dicte ecclesie canonici apud eam presencialiter residentes, maxime / in sacris ordinibus constituti, qui de iure debuerint et comode potuerint ad dictum capitulum evocari ad / quos eiusdem ecclesie canonicorum electiones celebrande de iure et consuetudine ipsius ecclesie pertinere et / spectare noscuntur, volentes eidem ecclesie sue, ne in ministris defectum ex vacatione predicta pateretur, de sufficienti / et ydonea persona utiliter providere, ac diligenter eciam attendentes grata obsequia que prudens vir / dominus Iohanolus de Lissono habitator terre Utini Aquilegensis diocesis hactenus exhibuit ecclesie prelibate et que / verisimiliter eisdem canonicis, capitulo et ecclesie exhibere poterit in futurum ipsos canonicos, capitulum et / ecclesiam ab obpressionibus multipliciter defendendo occulos mencium et vota sua direxerunt in discretum / iuvenem Iohannem filium domini Iohanoli predicti de legittimo matrimonium natum, bone indolis, moribus congruenti / scientia et virtutibus predotatum, qui assidue scienciarum studio viriliter insudans esse poterit dicte ecclesie in futurum, / dante Domino, plurimum fructuosus propter que credunt racionabiliter eidem ecclesie de ipso Iohanne quam persone sue / melius fore provisum. Et in Dei nomine ac beate Marie semper virginis gloriose, sub cuius vocabulo dicta ecclesia / est fundata, eundem Iohannem ibidem presentem ac sponte et humiliter acceptantem ad prefatos canonicatum et prebendam / sic, ut premittitur, vacantes, prefati domini vicedecanus et canonici suis nominibus predictis ac nomine et vice tocius capituli Aqui/legensis unanimiter et concorditer, ipsorum nemine discrepante, in suum et dicte sue ecclesie Aquilegensis canonicum elegerunt / ipsumque in suum et eiusdem ecclesie sue verum et legitimum concanonicum et confratrem omnes osculo pacis ibidem inter/veniente admiserunt et singulariter receperunt, dantes et assignantes eidem Iohanni canonico executorem / et nuncium supradictum dominum Philippinum canonicum ibidem presentem et acceptantem ad assignandum sibi stallum in choro et / locum in capitulo et ad mistrandum eidem prebendam secundum morem et consuetudinem ecclesie memorate ac indu/cendum ipsum in corporalem tenutam et possessionem dictorum canonicatus et prebende. Qui Iohannes statim, delato sibi per dictum dominum Philip/pinum sacramento, iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia, tactis

scripturis, consuetudines et statuta dicte ecclesie tam facta / quam fienda inviolabiliter observare. Post hec vero successive idem dominus Philippinus prefato Iohanni assignavit ibidem / locum in capitulo et accedens cum eodem Iohanne me notario et testibus infrascriptis ad chorum dicte ecclesie, ipsi Iohanni / stallum in choro similiter assignavit et eundem per pannos et cornu maioris altaris eiusdem ecclesie in predictorum / canonicatus et prebende corporalem possessionem posuit et induxit et deinde accedens cum eisdem Iohanne, testibus et me / notario ad canipam dicti capituli, ipsi Iohanni per Philippussium caniparium certam quantitatem panis et vini et per Ancelottum / dicti capituli dapifferum tres frisacenses administrari fecit in signum eidem tradite possessionis secundum morem in dicta ecclesia / hactenus observatum. Que omnia dictus Iohannes ibidem presencialiter acceptavit animo et intentione dictorum canonicatus et prebende corporalem / possessionem aquirendi ac etiam retinendi. Actum Aquilegie in capitulo maioris Aquilegensis ecclesie, ubi consueverunt dicte / ecclesie canonici ad capitulum congregari, presentibus discretis viris presbitero Henrico de Padua, Symonino, Philippussio et / Liberali de Aquilegia, Ioanino de Verona, Ancellotto de Cucanea, presbitero Zanino[c] Mazocho[d] de Veneciis omnibus / mansionariis prefate ecclesie Aquilegensis ac Petro de Fosdenova notario rogato una mecum Iacobo notario infrascripto / de predictis publicum concorditer fieri instrumentum et aliis testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis. [e]

S. T. Et ego Iacobus quondam Ture Civitatensis Austrie Aquilegensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus / interfui meoque nomine et signo consueto roboravi atque rogatus scripsi. In cuius eciam rei testimonium firmitat(e) / prefati canonici et capitulum mandaverunt hoc publicum instrumentum dicti capituli sigillo pendenti munimine roborari.

S. P. D. in plica.

---

[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[d] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[e] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 14.*

35.

1353 febbraio 5, Udine, nell'abitazione di Carlevario della Torre

Pomina della Torre, vedova di Biaquino da Camino, emette quietanza della somma di trecento marche di denari nuovi aquileiesi a Carlevario della Torre, suo padre, quale definitivo saldo della dote e dell'eredità paterna e materna, onde dichiara di non aver altro da esigere da suo padre per nessun titolo, una volta versata la cifra indicata. Consuete formule di garanzia del negozio.

Originale membr., mm 275x222, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 35.

ATTERGATI: di mano forse del sec. XIV "Finis et remissio facta domino Carlevariod e la Turre per dominam Pominam relictam condam [domini Biaquini de Camino] eius filiam". Segue la doppia sigla "VV" forse di mano del sec. XVII. Molto evanida in capite compare una nota forse di mano del sec. XVIII "Finis remissio Pominae de Camino", sopra la data "1353", cui una mano forse del sec. XIX ha aggiunto "9 feb(rajo)". In lapis, di mano del sec. XX "35 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione, con appena una lacerazione al centro a conseguenza delle pliche. L'inchiostro è di un bruno pallido, ma bene leggibile.

La scrittura è una classica corsiva notarile abbastanza posata, molto regolare, ma tracciata davvero a mano libera, a segno di una padronanza profesionale forse perfino esibita. L'autore è Gubertino da Novate, noatio bene conosciuto alla cancelleria patriarcale, pertanto, sulle sue caratteristiche grafiche, non è necessario soffermarsi a lungo.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimotertio, indictione sexta, die quinto / mensis februarii, ante horam tertiam, presentibus discretis viris Castellino dicto Scana de Mediolano, Raymundolo / condam domini Gracii de Lissono, Bassanino de Laqua condam ser Presenali de Laude, Iohanne condam Philippini de / Utino et Iohanne condam Wlririci[b] de Haysinig testibus et aliis ad h(e)c specialiter vocatis et rogatis. Nobilis[c] et / honesta domina domina Pomina vidua et relicta condam domini Biaquini de Camino comitis Cenetensis ac filia nobi/lis viri domini Carlevarii de Laturre de Mediolano Utini commorantis recognovit ac contenta et confessa fuit / se habuisse et integre recepisse sibique data, soluta et tradita fuisse a prefato domino Carlevario eius patre / presente omne residuum et quecumque alia que superessent aut superfuissent penes dictum dominum Carlevarium / de dotibus et iuribus quibuscumque dicte domine, quos et que habuit

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata per una lunghezza di circa mm 32; la* n *è ingrandita.*

[b] *Da correggersi in* Wlrici.

[c] *La* N *maiuscola iniziale è ingrandita.*

cum et a prefato condam viro suo domino Biaquino / ultra numerum et preter quantitatem trecentarum marcharum Aquilegensis monete, quas nunc prefatus / dominus Carlevarius sibi, ut asserebat, in dotem tradere intendebat, renuncians dicta domina exceptioni omnium / et singulorum predictorum non receptorum, non solutorum et sibi in integrum non assignatorum de quibus omnibus et / singulis supradictis preterquam de dictis trecentis marchis, nec non tam de hereditate paterna quam materna et omni / eo quod ab ipso patre suo ac eius heredibus causa quacumque petere posset quoquo modo prefata domina Pomina / fecit predicto domino Carlevario eius patri pro se suisque heredibus recipienti, paciscenti et stipulanti finem, / remissionem, absolutionem et quietacionem perpetuam [e]t[d] pactum de ulterius non petendo, absolvens et liberans / dictum patrem suum ac eius heredes et bona per acceptilacionem[e] et aquilianam stipulacionem legittime interpositam / ab omnibus et singulis predictis, preterquam a dictis trecentis marchis, et promisit dicto domino Carlevario quo supra / nomine stipulanti et recipienti ac, tactis scripturis, ad sancta Dei evangelia iuravit numquam ad hereditatem / paternam vel maternam habere regressum, sed omnia et singula supradicta et in hoc instrumento contenta cum obliga/cione omnium bonorum suorum presencium et futurorum ac omnium dampnorum et expensarum et interesse refectione, / perpetuo rata, grata et firma habere et tenere et non contrafacere vel venire per se vel alium aliqua ra/tione vel causa de iure vel de facto, sub pena dupli eius de quo questio moveretur, minus quinque solidis / Veronensium parvorum totiens committenda et exigenda quotiens contrafactum fuerit, qua soluta vel non, presens / instrumentum et omnia in eo contenta perpetuo obtineant plenum robur. Actum Utini, in hospitio habitacionis prefati / domini Carlevarii. [f]

S. T. Ego[g] Gubertinus condam domini Ressonadi de Novate Mediolanensis diocesis publicus imperiali auctoritate / notarius ac curie patriarchalis Aquilegensis offitialis et scriba premissis interfui et rogatus hoc instrumentum / inde scripsi et publicavi.

---

[d] *Integrazione su lacerazione del supporto scrittorio.*
[e] *Da intendersi* acceptationem.
[f] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 16.*
[g] *La* E *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata; la* g *è ingrandita.*

36.

1354 novembre 25, Udine, nel foro nuovo, presso l'abitazione di Bertolino speziale

Trascrizione autentica del notaio Giacomo quondam magister Gello da Udine, tratta dalle imbreviature del notaio Andrea quondam Leone da Udine, del testamento nuncupativo di Maza figlia del quondam Odorico di Castello, con il quale stabilisce la sua sepoltura nella chiesa dei Frati Minori di S. Francesco in Udine, onde lega al convento il credito di sette marche che vanta verso Francesco di Strassoldo, delle quali sette marche ne destina sei per la produzione dei nuovi libri conventuali e una "pro rata". Nomina suoi eredi universali i nipoti Rizzardo e Manfredo, figli di Giovanni Francesco di Castello.

Originale membr., mm 145 circa x195 circa, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 36.

ATTERGATI: di mano forse coeva "Legatum factum per dominam Manzam olim ser Odorici de T. VII fratribus minoribus". Di mano del sec. XIX "1354 24 novembre". In lapis di mano del sec. XX "36 Tomo III".

Il supporto scrittorio è in buone condizioni di conservazione, salvo qualche traccia delle pliche. Compaiono segni della riquadratura al piombo. L'inchiostro è bruno chiaro, a volte più carico, molto leggibile.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto corrente, poco rispettosa dello specchio grafico e del rigo immaginario. L'asse delle lettere non è regolarmente in perpendicolare sul rigo e il ductus è incostante sul rigo medesimo. Tendenza al tratto filiforme.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, inditione septima, / die vigesimo quinto novembris, presentibus fratre Philipo de Civitate, fratre Niculino de Vençono, Stephano tusco condam Bonaiude, Guidone condam Çonte de Sancto Ieminiano, Isacho olim Cormanini de Utino, Iohanne Iotta / becario, Petro testore de Greçano, Çatullo familiari Birtulini infrascripti testibus et aliis vocatis et rogatis. Domina / Maça filia olim domini Odorlici de Castello sana mente et sensu licet corpore languens, suarum rerum et bonorum / omnium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Imprimis / sepeliri mandavit apud ecclesiam Sancti Francissi ordinis minorum de Utino, cui legavit de septem marcis / sibi debitis a domino Francisco de Strasoldo marchas sex in auxilium librorum fiendorum in dicto conventu et unam / marcham predictis fratribus pro rata. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus et actionibus / presentibus et futuris sibi heredes instituit universales Riçardum et Manfredum nepotes suos / filios domini Iohannis Francissi de Castello Porpeti. Et

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e ornata di circa mm 16.*

hanc suam ultimam voluntatem aseruit esse velle quam valere / voluit iure testamenti, quod si eo iure valere non possit, valeat saltim iure codicillorum vel quocumque alio iure ultime / voluntatis quo melius valere potest et tenere. Actum Utini in foro novo, in domo consuete habitationis Bertholini spetiarii[b]. [c]

S. T. Et ego Iacobus filius olim magistri Gelli de Utino imperiali auctoritate / notarius publicus ex comissione mi(c)hi facta per egregium[d] et potentem militem dominum Franciscum / de Savorgnano sede Aquilegensi vacante Dei gratia honorabilem vicedominum, prout in abrevi/aturas olim Andree[e] notarii condam Leonis de Utino adinveni, ita fideliter scripsi, nil addens / vel minuens quod sensum mutet vel variet intelectum et ad perpetuam formam reduxi.

---

[b] spetiarii *aggiunto nel rigo sottostante emarginato a destra e inquadrato con un tratto di penna.*
[c] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 10.*
[d] *La* e *iniziale di* egregium *è ricavata da due lettere errate malamente corrette con sbavatura d'inchiostro.*
[e] *La* A *maiuscola iniziale è ricavata su una* p *malamente corretta con sbavatura d'inchiostro.*

37.

1385 luglio 19, Udine, nella sacrestia di S. Maria maggiore

Il Capitolo di Udine e il convento di S. Lucia di Udine dell'ordine degli Eremitani di Sant'Agostino, nella persona del suo priore, frate Nicoleto Bono da Venezia, convengono un accordo per risolvere il contenzioso circa i diritti del Capitolo sulla chiesa di S. Lucia. Sulla base delle altre convenzioni stipulate con gli altri ordini mendicanti in Udine, il Capitolo consente che il priore raccolga tutti i proventi della chiesa di S. Lucia e li converta a sostentamento del convento e dei frati, tuttavia il priore dovrà versare annualmente al Capitolo mezza marca e venti denari di moneta aquileiese a compensazione dei ceduti proventi, salvo che il convento non istituisca un reddito livellario perpetuo dal valore equivalente a favore del Capitolo. Il priore impegna inoltre il convento a versare al Capitolo la porzione canonica dei funerali e dei legati della chiesa di S. Lucia. Infine il priore s'impegna a versare una somma compensativa per i tre anni trascorsi. Clausole di garanzia del compromesso.

Originale membr., mm 426x242, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 37.

ATTERGATI: di mano forse coeva, ma ricalcata probabilmente nel sec. XVII "Instrumentum pactorum habitorum inter capitulum Utinense et fratres Sanctae Lucie de Utino publicatum pro capitulo", cui la medesima mano del sec. XVII ha aggiunto "in materia differentiae ortae inter ipsos Fabrica ecclesiae Sancte Luciae". È dubbio che sia stata la stessa manoa d apporre la data "1355", cui una mano del sec. XIX ha aggiunto "19 luglio". In lapis, di mano del sec. XX "37 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. Tracce delle venature lato pelle. L'inchiostro è bruno scuro di alta leggibilità. Nella prima parte del testo si evidenzia qualche desquamazione dell'inchiostro, che a volte induce a ricorrere all'ausilio della lampada di Wood per una più sicura lettura, ma non sussistono incertezze.

La scrittura è una corsiva notarile posata, calligrafica, abbastanza rispettosa del rigo immaginario, dal ductus regolare, molto aderente al modello canonizzato e assai curata nelle proporzioni e nella distribuzione sul rigo, anche se si avverte la tendenza a schiacciare il corpo delle lettere e ad allungare le aste verticali. A volte si notano della variazioni di grandezza delle parole e delle righe di scrittura. Numerosi e insistiti gli svolazzi degli uncini, che trediscono un'ansia estetizzante.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimoquinto, indictione octava, die mercurii decimanona mensis / iulii, Utini Aquilegensis diocesis in sacristia collegiate ecclesie Beate Marie, presentibus venerabilibus viris presbiteris Nicolussio de Mala(cun)pica Ter/cinti, Iacobo Franciscoti Lavariani et Petro magistri Marchore de Utino

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e lievemente ornata di circa mm 29.*

canipe ecclesiarum seu plebium Aquilegensis diocesis plebanis / ac presbiteris Iohanne dicto Bilios et Bertrando de Fraria septemmanariis ac Iacobo Gervasii et Benevenuto de Martignacho capellanis / dicte ecclesie Utinensis, nec non sapiente viro domino Andrea de Monticulis licenciato in iure civili et providis viris Francisco Fatii, / Theodorico notario de Loffimberch, Dominico Mandine et Aluysio condam magistri Pantaleonis aurificis de Utino omnibus Utini habitantibus / testibus et aliis pluribus ad infrascripta vocatis specialiter et rogatis. Ibique congregato capitulo suprascripto ecclesie Utinensis ad sonum campa/nele iuxta morem solitum pro infrascriptis specialiter peragendis, in quo quidem capitulo interfuerunt venerabiles viri domini Ottobonus de Ceneta / decanus, Marquardus de Randech, Franciscus de Pulcinico, Nicolaus de Utino, Guillelmus de Paona et Nicolaus de Grazano[b] / canonici prebendati eiusdem ecclesie Utinensis, coram eisdem dominis .. decano, canonicis et capitulo se presentavit venerabilis et / religiosus vir dominus frater Nicoletus Bono de Veneciis ordinis Heremitanorum Sancti Augusti[c] prior novi conventus dicti ordinis / siti in dicta terra Utini in ecclesia Sancte Lucie burgi Glemone eiusdem terre Utini ac sindicus et procurator sui conventus, ut asseruit, / dicens quod quia inter ipsos dominos decanum, canonicos et capitulum ex parte una et prefatum dominum fratrem Nicoletum Bono suo suorumque / conventus et ordinis nomine ex parte altera erant certe differentie et discordie nove fundationis, ordinationis et erectionis dicti / conventus in dicta ecclesia Sancte Lucie vel apud ipsam ecclesiam que erat de cura ipsius capituli et in qua habebant instituire presbiterum / presentandum ad ipsam ecclesiam per patronos ipsius ecclesie et debebant ex ordinatione facta in fundatione dicte ecclesie percipere / et habere medietatem omnium oblationum que in ipsa ecclesia fiebant seu porrigebantur vel errogabantur in die festi sancte / Lucie et in die anniversarii dedicationis dicte ecclesie et per octavas et nonnulla alia que continebantur in instrumento super fundatione / dicte ecclesie confecto, paratus erat conponere, convenire et concordare cum dicto capitulo in omnibus et super omnibus in quibus de iure / tenebatur salvis semper exemptionibus, immunitatibus et privilegiis sui ordinis. Et tandem post aliquos tractatus solemniter / habitos inter partes, predicti domini .. decanus, canonici et capitulum nomine suo et successorum suorum ex parte una et dictus dominus frater / Nicoletus Bono prior et sindicus dicti conventus suo et successorum suorum in officio suique ordinis et dicti conventus nominibus / ex parte altera, ad talia pacta talesque conventiones et compositiones spontanee et voluntarie ac ex certa scientia devenerunt, / videlicet quod ipsi domini .. decanus, canonici et capitulum suo et successorum suorum nominibus fuerunt contenti quod ipse frater Nicoletus Bono et quilibet alius vel / alii dicti ordinis accedentibus mandato et conmissione ordinis sui seu generalis magistri ordinis predicti dictum conventum, locum et

---

[b] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[c] *Da intendere* Augustini

monasterium, / videlicet cum officinis et aliis adiacentiis, possint in dicta ecclesia Sancte Lucie et apud eam erigere, facere et edificare et illum ibi habere et / tenere sine contradictione dicti capituli et successorum suorum, ipsis tamen priore et successoribus facientibus et observantibus cetera que sequuntur. / Item contenti fuerunt et contentantur dicti domini decanus, canonici et capitulum quod prior, qui nunc est in dicto conventu vel fuerit pro tempore, per se vel / alium colligat, recipiat et habeat et in usus suos et fratrum qui pro tempore fuerunt in dicto conventu et in utilitatem dictorum ordinis et conventus / convertat, oblationes que provenierunt vel erogabuntur in dicta eccleia Sancte Lucie, sicut alii ordines mendicantium dicte terre Utini habent / in eorum ecclesiis et aliter de ipsis oblationibus, sicut sibi videbitur, disponat, sine predictorum dominorum decani, canonicorum et capituli et successorum / suorum contradictione et impedimento. Ipse vero dominus frater Nicoletus Bono prior et sindicus supradictis suo et successorum suorum / suique ordinis et conventus predictorum nominibus per solemnem stipulationem et obligationem omnium bonorum mobilium et immobilium dictorum / ordinis et conventus promisit dare et solvere ipsis dominis decano, canonicis et capitulo et eorum successoribus annis singulis imperpetuum / in recompensam dicte medietatis oblationum quas debebant habere et habere consueverant in dicta eccelsia Sancte Lucie in diebus et festis / superius nominatis in dicto festo sancte Lucie vel octo diebus post mediam marcham et viginti denarios Aquilegensis monete, ita / tamen et taliter quod (quandocunque) dictus prior vel successor eius aut ordo designaverit et realiter et effectualiter tradiderit ipsis dominis / decano, canonicis et capitulo vel eorum successoribus aliquam annuam r(ece)nsionem livellariam vel aliam medie marche et viginti / denariorum supradicte monete super aliqua bona et sufficienti possessione super qua singulis annis bene et sine difficultate possit percipi / census predictus medie marche et viginti denariorum antedicte monete, tunc dictus frater Nicoletus Bono prior et sindicus prefatus et eius / successores, nec non ordo et conventus sint liberi et absoluti a solutione dictorum medie marche et vinginti denariorum ulterius facienda / et super ipsa possessione super qua dictus census fuerit assignatus, ipsi domini .. decanus, canonici et capitulum et eorum successores debeant se tenere. / Item promisit etiam et per pactum expressum se obligavit idem frater Nicoletus Bono prior et sindicus supradictus nominibus quibus supra / solvere, dare et assignare ipsis dominis decano, canonicis et capitulo eorumque successoribus canonicam portionem de omnibus funeralibus et / legatis de quibus de iure et vigore sententiarum in palatio apostolico latarum contra eos solvere tenentur prior et conventus Predicatorum ac guardianus / et conventus Minorum ordinum dicte terre Utini. Item promisit dare et solvere eisdem dominis .. decano, canonicis et capitulo Utini pro tribus annis proximis / preteritis ratione supradictarum oblationum quibus et pro quibus nichil solvit marcham unam, fortones tres et denarios viginti usque ad festum sancti Martini proxime / venturum. Item

promisit solvere, dare et assignare eisdem dominis decano, canonicis et capitulo quartam de omnibus funeralibus non solutis et legatis et aliis eis / quocunque relictis de quibus ut supra tenentur de iure et secundum formam supradictarum sententiarum, usque ad festum assumptionis beate Virginis proxime venturum. / Et predicta omnia et singula suprascripta promiserunt sibi vicissim et mutuo imperpetuum attendere et observare e non contrafacere vel venire per se vel alium / seu alios de iure vel de facto, directe vel indirecte quocumque colore vel fingimento, sub pena centum ducatorum auri que totiens comittatur / et commissa peti et exigi valeat cum effectu quotiens fuerit quo(libet) contrafactum presensque nichlominus instrumentum et omnia in eo contenta plenum robur obtineant et fir/mitatem. Et pro premissis omnibus et singuli firmiter attendendis et plenius observandis, una pars alteri et altera alteri obligavit omnia bona eorum mobilia et / immobilia presentia et futura, capitulum videlicet predictum bona sua et dictus prior bona sui ordinis et conventus, mandans[d] michi Alexandro notario infrascripto / utraque pars ut de premissis unum et plura publica conficiam instrumentum et insturmenta in fidem et testimonium ac memoriam omnium eorundem.

37 bis.

1385 luglio 19, Udine, nella chiesa di S. Lucia dell'ordine degli Eremitani

Il Capitolo del convento di S. Lucia dell'ordine degli Eremitani di S. Agostino di Udine accetta ed approva la convenzione stipulata dal priore tra il convento e il Capitolo di S. Maria maggiore di Udine circa la risoluzione della vertenza sui redditi capitolari sulla chiesa di S. Lucia.

[d] *è da intendersi* mandantes*, ma l'abbreviazione è senz'altro erronea.*

Anno, indictione et die quibus supra, in ecclesia Sancte Lucie ordinis Heremitanorum sancti Augustini de Utino Aquilegensis diocesis, presentibus providis et discretis / viris presbiteris Petro de Utino plebano Canipe, Francisco de Cussignacho canonico ecclesie Sancti Stephani de prope Aquilegia et Iacobo Gervasii de / Utino capellano supradicte ecclesie Utinensis ac Francischino Zanchani[a] aurifice de Veneciis et Antonio aurifice de Utino ac Iacomino sartore et / Odorlico Guesa filio Iohannis Sternum de Utino et aliis pluribus testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis. Ibique congregato capitulo dicte ecclesie / seu conventus et monatesterii Sancte Lucie de Utino ordinis Heremitanorum sancti Augusti[b] supradicti ad sonum campane, ut moris, in quo quid / capitulo interfuerunt venerabiles et religiosi viri domini fratres Nicoletus Bono de Veneciis prior sindicus et procurator, supradictus Nicoletus de Sancto Felice, Mar/sillus de Tarvisio, Marculinus, Leonardus et Iacobus de Utino eiusdem monasterii et conventus capitulum constituentes et representantes, prefati domini frater / Nicoletus Bono ceterique fratres et conventus suprascriptum instrumentum pactorum et conventionum inter prefatos capitulum ac fratres et conventus habitorum / et initorum coram ipso priore et fratribus et prenominatis testibus, de verbo ad verbum lectum et ad eorum fratrum et testium intelligentiam vulgarizatum[c] / per me Alexandrum notarium infrascriptum et omnia in ipso instrumento contenta unanimiter et nemine discrepante omnibus via, modo et forma quibus melius et effi/catius sciverunt et potuerunt, approbaverunt et ratificaverunt, promittentes per se et eorum successores cum obligatione omnium bonorum dicti eorum conventus et monasterii / mobilium et immobilium presentium et futurorum ac refectione damnorum omnium et expensarum litis et extra, ipsum instrumentum et omnia in eo contenta perpetuo / rata, grata et firma habere, tenere et observare et non contrafacere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto sub pena / in dicto instrumento contenta, qua soluta vel non, presens nichilominus suprascriptum instrumentum plenam obtineat roboris firmitatem. [d]

S. T. Et ego Alexander natus ser Bartholomei notarii de Ceneta publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius superscriptis / omnibus presens fui eaque rogatus propria manu scripsi et in hanc publicam formam redegi meumque signum / consuetum et nomen apposui in testimonium omnium premissorum.

---

[a] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[b] *Da intendersi* Augustini.
[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[d] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 8.*

38.

1356 febbraio 13, Udine, nel borgo inferiore, nell'abitazione della testatrice

Testamento nuncupativo di Caterina moglie di Giacomo Cogi da Udine, con il quale istituisce a luogo della sua sepoltura la chiesa di S. Maria maggiore di Udine, davanti all'altare di S. Giacomo, che dovrà essere allestito e dotato con quaranta marche di denari aquileiesi tratte dai propri redditi dotali. Si riserva il diritto di patronato, eleggendo prete Pascolo ad altarista a vita. Il diritto passerà poi al marito Giacomo. In caso di rifiuto da parte del capitolo del seppellimento davanti all'altare, Giacomo dovrà passare a prete Pascolo una pensione annua vitalizia di tre marche. Quindi dopo la morte di prete pascolo venga edificato l'altare a s. Giacomo. La corruzione della restante parte del documento impedisce di comprendere le altre disposizioni della testatrice.

Originale membr., mm 392x140-126, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 38.

ATTERGATI: di mano forse coeva, ma difficilmente leggibile per lacerazione trasversale e inchiostro assai evanido "T[estamentum] Katarine uxor condam Iacobi Coy […] altaris sancti Iacobi", cui segue la sigla "R^{tum}", da sciogliersi forse in "Registratum". Sotto si scorge a malapena una nota probabilmente del sec. XIV exe.-XV ine., della quale si legge a stento la fine "[…] altaris sancti Iacobi". Di mano forse del sec. XVII "S. Iacobi. Testamentum Caterusie Ioannis Coy, quae legavit altari sancti Iacobi marchas (denariorum) III manu ser Petri quondam Michaelis notarii, die 13 septembris 1356". Di mano del sec. XIX "1354 13 feb". In lapis, di mano del sec. XX "38 Tomo III".

Il supporto scrittorio è in cattive condizioni di conservazione, poiché presenta, oltre a dei fori probabilmente da attribuire all'originale produzione della pergamena, numerose lacerazioni dovute al logoramento della superficie del supporto. Una lunga lacerazione trasversale attraversa il supporto dall'angolo superiore sinistro fino al margine destro all'altezza del rigo 8-9. Risarciture moderne. Proprio al logoramento superficiale è da attribuirsi lo stato pessimo di conservazione dell'inchiostro, caduto in molti punti e quasi evanido; non è da escludersi inoltre una forte azione di corrosione dovuta al componente acido dell'inchiostro. La lettura risulta essere perciò assai difficoltosa e richiede l'ausilio costante della lampada di Wood, senza che ciò permetta tuttavia di risolvere moltissime croci interpretative. Qualora non venga indicato diversamente in nota, le integrazioni sono dovute a questa caratteristica dell'inchiostro.

La scrittura è una corsiva notarile abbastanza posata, filiforme, curata, che si attiene al rigo immaginario e rispetta sufficientemente le marginature dello specchio grafico. Aderente al modello canonizzato, essa presenta aste discendenti ad uncino, qualche lieve accenno di occhiello a banderuola, svolazzi nelle lineole d'abbreviatura contenuti entro i limiti di una sorvegliata estetica funzionale.

In[a] Christi nomine, amen. Anno eiusdem Domini millesimo trecentessimo quinquages/simosexto, [inditione nona][b], die terciodecimo mensis februarii, presentibus domino presbitero / Pasculo Utini conmorante, discreto viro Francissco notario filio Dominici de Utino / [Duchucio] notario [condam] Iacobi [.uecelli], Cumussio de burgo super/[riori condam Martini Claudi], Cino filo [Nicolai de Cusignacho, …lusio / filio] Pauli [Daniele …, Iohanne filio Belli], Nicolao condam / Oliveri de Prademano, […… filio Dominici, M……] omnibus nunc / Utini habitantibus et alliis pluribus [te]stibus ad hec specialiter [vocatis][c] et rogatis / proprio hore infrascrip[te] testa[tricis]. Domina Katarina[d] uxor [Iacobi] Cogy / de U[……] fil[o Spilini] de Montefalcono, per Dei gratiam sana / mentis et sensu, licet corpore languens, cum conensu et voluntate [Iaco/bi predicti sui mariti], ibidem [presentis volentis] et consencientis, suarum rerum / et bonorum omnium dispositionem per [presens nuncupativum testamentum][e] / sine scriptis in hunc modum facere procuravit [inter ……] que in [……] / testamento ordinavit (taliter) [……][f] hiis verbis expressis. / Imprimis quidem elegit sepulturam […… apud] ecclesiam / Sancte Marie maioris [de …… quod] debere sepeliri in ecclesia predicta ante / altare sancti Iacobi, cui altari ordinavit quod ematur super dotibus / suis reditus usque ad sumam quadraginta marcharum denariorum Aquilegensis monete, / solvendo annuatim sacerdoti, qui celebrabit super altare [……] / domino Paschulo predicto, quem ipsa testatrix elegit in sacerdotem [usque] / ad vitam suam, post vero ipsius decessus, patronatus ipsius altaris / legavit Iacobo eius marito [predicto] et cum esse patron[… …….] no/luerit, esse cum hac condicione, quod si decanus vel capitulum vel canonici nollent / eam permittere sepeliri ante dictum altare, quod dictus Iacobus teneatur solvere / predicto domino Paschulo usque vitam suam tres marc(has) denariorum pro quolibet anno et / quod post mortem ipsius domini [Paschuli], lecitum sit ipsi Iacobo facere fieri / [unum altare] sancti Iacobi [in ecclesia] predicta pro predictis quadraginta marchis denariorum. / Item legavit [……] predictus facere debeat [unum altare] / sex [march(arum) denariorum ……]abit super altare [sancti Iaco/bi predicti, …][g] [Iacobum] suum maritum / sibi [heredes universales instituit …… et hanc / suam ultimam voluntatem asseruit esse volle qu(am) valere voluit / iure testamenti et si iure testament non valeret, valeat saltim / iure codicilli vel cuiuscumque alterius

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 20.*
[b] *Inizio della laverazione trasversale.*
[c] *SI propone questa integrazione su lacerazione.*
[d] *L'inizio della parte dispositiva è marcato da un riquadro a penna.*
[e] *SI propone questa integrazione su inchiostro evanido e lacerazione.*
[f] *La lacuna assomma a due parole.*
[g] *Il testo diventa illeggibile per la restante parte del rigo e per i successivi cinque righi di scrittura, salvo qualche lettera e qualche frammento di parola, incomprensibile.*

iuris …… / valere poterit. Actum Utini, in burgo inferiori,] in domo habitationis / [prdicte domine Katarine et Iacobi iugalium.] [h]

S. T. Et ego Petrus condam Michaelis de Utino imperiali / [auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus ……. / …][i].

[h] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 11.*
[i] *L'ultimo rigo della complectio è illeggibile.*

39.

1356 maggio 30, Cividale, nell'abitazione di Zilio

Testamento nuncupativo di Bertolasa da Udine, vedova di Platero, con il quale stabilisce la propria sepoltura in S. Maria maggiore di Udine, alla quale lega venti denari di moneta aquileiese. Lega inoltre al Capitolo quattro marche di denari aquileiesi da versarsi annualmente dai redditi del manso e mezzo sito in Plasencis e delle case site in borgo superiore di Udine, per la celebrazione perpetua di una messa sull'altare maggiore per la sua anima e per quelle dei suoi genitori. Inoltre stabilisce che il suo erede debba comperare un calice per dotare l'altare dove verranno celebrate le messe di suffragio. Nomina sua erede universale la nipote Caterina, moglie di Zilio da Cividale.

Originale membr., mm 275x160, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 39.

ATTERGATI: assai evanido, forse di mano coeva "Instrumentum altaris maioris dotati per dominam Bertolasiam". Di mano forse del sec. XVII, sovrascritta su altra nota non più leggibile e forse del XIV sec. "Testamentum dominae Bertolissae de dotatione altaris maioris super bonis in Plasentia et una domo in borgo Glemonae". Sopra compare la data "1356", cui una mano del sec. XIX ha aggiunto "30 maggio". In lapis, di mano del sec. XX "39 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione, salvo abbrunimenti lungo le pliche. Lievi macchi d'umidità. L'inchiostro è bruno chiaro, in diverse parti desquamato ed evanido, ma la leggibilità resta discreta, anche per il ricorso all'ausilio della lampada di Wood.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto corrente, non molto ordinata e regolare, con variazioni delle dimensioni delle lettere e dei righi di scrittura. Il ductus tende ad innalzarsi verso destra sul rigo immaginario e gli sforamenti al margine destro sono ricorrenti. Sufficientemente aderente al modello canonizzato, la scrittura è di tratto piuttosto grosso, equilibrata nel rapporto tra corpo delle lettere e aste verticali. Assai limitati sono svolazzi e bellurie in lineole e aste discendenti.

In[a] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo trecentessimo / quinquagessimosexto, inditione nona, die penultimo mensis maii, actum / in Civitate Austria, in domo habitationis infrascripti Çillii, presentibus religiosis et / sapientibus viris fratribus Parissio de Utino, Antonio de T(er)vissio habitantibus / in dicta civitate [b] in ordine fratrum predicatorum, Leonardo filio Vodorici / de Ramanzacho[c], Thomado condam Mauri de Tooryano[d], Moro condam Thomadussii / de Sancto Hendrato, Lotto condam Lotti de Ribulla, Hermano filio

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 19.*
[b] *Sembra un* or *depennato.*
[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[d] *Evidente errore dello scriba; sarà* Torreano.

Pidrusii / omnibus habitantibus in dicta civitate, Nicolao condam Iohanni de ipsa civitate / habitante Utini et (Z)anino spiciario olim de V[eneciis] habitante Utini testibus / et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis per infrascriptam dominam testatricem. / Domina Bertolasa relicta olim Plateri habitans in burgo superiori / Utini, sana per Iesu gratiam mente et sensu, licet corpore languens, / timens decedere ab intestata, suarum rerum et bonorum omnium per presens / nuncupativum testamentum sine scriptis dispositionem in hunc modum / facere procuravit. Imprimis quidem sepulturam sui corporis elegit penes / ecclesiam Sancte Marie mayoris de Utino, cui ecclesia legavit pro anima sua / pro presenti anno viginti denarios Aquilegensis monete. Et inter cetera allia legata / et ordinata per ipsam dominam in ipso suo ultimo testamento talle fecit legatum / et tallem ordinationem hiis verbis espressis. Item legavit pro anima sua / et parentum suorum capitullo dicte ecclesie Sancte Marie maioris de Utino / annuatim marchas quatuor denariorum Aquilegensis monete solvendas annuatim / super bonis infrascriptis, videlicet super uno mansso et medio sitis in / Plasençia rectis per Leonardum condam Zilii[e] de ipsa villa et per [f] ipsius / ville et super domibus suis sitis in burgo superiori Utini iuxta royam, / in quibus ipsa domina habitat cum hac conditione, quod dictus capitulus et canonici / ac sacerdotes ipsius capitulli teneantur et debeant perpetualiter qualibet / die celebrare facere unam missam super altare mayori ipsius ecclesie pro anima / sua et parentum suorum. Item voluit et ordinavit quod si heres suus / infrascriptus emere voluerit tantum affictum, videlicet quatuor marchas denariorum super / aliis bonis vel super bonis suis p[on]ere[g] et solvere voluerit, dictus capi/tullus consentire et recipere teneatur. Item voluit et ordinavit quod si dictus / capitulus esset negligens ad faciendum fieri seu celebrare dictam missam / [in][h] predicto altare vel noluerit qualibet die quod heres suus in loco honorifico / in dicta ecclesia facere teneatur unum [altare et …… facere cum dictis][i] / quatuor marchis annuatim solvendis super dictis bonis, ut premittitur. Item voluit / et ordinavit quo infrascriptus suus heres teneatur emere unum calicem valor(is) / quinque marcharum denariorum Aquilegensium, quem calicem dare debeat in dicta ecclesia super altare / super quo celebrabitur dicta missa. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus / et immobilibus, iuribus et actionibus quibuscumque suum heredem universallem / instituit et esse voluit dominam Catarinam[j] eius nepotem et uxorem dicti Zilii[k] de dicta civitate. / Et hanc suam ultimam voluntatem et ultimum testamentum asseruit esse velle / quam et quod valere voluit iure testamenti et si iure testamenti vallere non possit, / valeat iure

---

[e] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[f] *Segue uno spazio bianco di mm 16 circa.*
[g] *Integrazione proposta su desquamazione dell'inchiostro.*
[h] *Integrazione proposta su desquamazione dell'inchiostro.*
[i] *Integrazione su inchiostro desquamato e lacerazioni del suppeorto.*
[j] Catarinam *aggiunto alla fine del testo e inserito con un'apposita nota di richiamo.*
[k] *La* z *è resa con il segno specifico.*

codicillorum et quocumque alio iure quo melius vallere et tenere potest. / S.T. Et ego Candidus filius Iohannis becharii de Utino imperiali auctoritate / notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

40.

1356 giugno 18, Udine, nel palazzo patriarcale vecchio

Su istanza di prete Niccolò Samardenchia, cappellano e camerario della chiesa di S. Stefano di Udine, il tribunale patriarcale, presieduto dal vicario generale in temporalibus Giovanni de Monticoli, esamina il caso della denegata immissione in possesso di un manso sito nella villa di Loneriacco presso Villafredda lasciato in legato alla chiesa di S. Stefano dalla defunta Caterina moglie di Odorico di Castello. Gli esecutori testamentari di Odorico di Castello e di Caterina, ossia Manfredo di Castello e i suoi fratelli, si rifiutano infatti di immettere nel possesso il camerario. Il tribunale decide che il legato deve avere effetto giuridico e nomina esecutore dell'immissione in possesso il nunzio della curia patriarcale Marzutto.

Originale membr., mm 372x195 + 449x198, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 40.

ATTERGATI: nella prima pergamena di mano forse del sec. XVII "Qui dentro madonna Chaterina quondam Federico Savorgnan et moglie di m(eser) Odorico de Castello de Porpeto lassa un maso in Lumignaco alla giesia de Santo Stefano de Udine". Forse la medesima mano ha apposto una nota d'archivio "N X". Di altra mano, forse del sec. XVII o forse del sec. XVIII, una nota d'archivio "E n. 4". In lapis di mano del sec. XX "40 Tomo III". Nella seconda pergamena le note sono assai più lunghe. Di mano forse del sec. XVII "Possesso dato al Reverendo pre Niccolò Senardenchia capellano della veneranda chiesa di S. Stefano di un masso posto in Lunariaco (nel rigo su Cussignaco depennato) appresso villa Freda (sendo) alla detta veneranda chiesa legato dalla signora Catherina figlia del quondam signor Federico di Savorgnan et moglie del signor Odorico di castello de Porpeto". Sopra la medesima mano ha posto la data "1356", cui una mano del sec. XIX ha aggiunto "18 giugno". Sotto compare una lunga nota di mano forse del sec. XIX, probabilmente la medesima delle aggiunte alle datazioni "L'anno 1356, 18 giugno. Instanza fatta dal Reverendo pre Nicolò Semardencha cappellano della veneranda chiesa di S. Stefano avanti il Reverendissimo signor Patriarcha d'Udine, perché per virtù del legato fatto dalla quondam signora Caterina figliuola del signor Federico di Savorgnano alla predetta veneranda chiesa d'un maso posto in Lunariaco appresso Villafredda, a quel tempo tenuto ad affitto da Macorio figliuolo di Cotio, et [….....], che gli fusse del medesimo dato Possesso, come gli fu dato, che lo riccevè per se, et suoi successori cappellani. L'anno medesimo li 16 novembre seguì (Instrumento) tra il reverendo pre Nicolò cappellano col signor Manfredo Governatore et Dirrettore dell'Heredità della predetta signora Caterina con il quale resta confirmato detto possesso nella persona del suddetto cappellano per se, et successori del maso suddetto, con conditione che esborsando detto signor Manfredo sia obligato restituirli il maso".

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. Si tratta di una pergamena cucita mediante filo di canapa, unendo due pergamene più piccole. Qualche macchia d'umidità e sbavature d'inchiostro, che però non tangono la leggibilità del testo. La prima presenta una riquadratura dello

specchio grafico molto marcata, mentre la seconda ne conserva appena delle tracce. L'inchiostro è bruno non molto scuro, bene leggibile.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto corrente, con un rapporto di 2,5 : 1 tra aste verticali e corpo delle lettere. Non molto regolare, l'asse rispetto al rigo è incostante, come gli spazi tra le lettere, le parole, le righe. Aderente a sufficienza al modello canonizzato, denota un dimestichezza notevole con la professione, fino all'impudenza dell'apparente trasandatezza.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimosexto, / indictione nona, die sabbati decimo octavo mensis iunii, Utini in veteri palatio patriarchali, presentibus / discretis viris magistro Pasino notario de Fana Utini comorante, Franciscutto Milicutti, Philip/po condam ser Albergetti Chuçetta, Pincernino, Simone, Stephano, Venuto, Seraphino, / Odolrico omnibus notariis de Utino testibus et aliis pluribus. Coram sapienti viro / domino Iohanne de Monticulis iuris utriusque perito reverendissimi in Christo patris et domini nostri / domini Nicolai Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche dignissimi in temporalibus vicario generali, / in iudicio comparuit discretus vir presbiter Nicolaus Samerdencha plebanus Turide Utini co/morans tamquam camerarius et camerario nomine ecclesie Sancti Stephani de Utino et proposuit / dicens quod cum nuncio dicti domini vicarii mandari fecerat nobili viro domino Manfredo condam domini / Iohannis Francisci de Castello Porpeti pro se et fratribus suis tamquam gubernatoribus et admi/nistratoribus bonorum heredum condam domini Odorici de Castello eorum fratris, quatenus sibi dicto / nomine dare et prestare deberet cum iuris ordine unum mansum situm in villa de Lunir/yacho apud villam fredam rectum per Machorum filium Chetii et Coculum eius / avunculum de ipsa villa, legatum eidem ecclesie per condam dominam Caterinam uxorem / condam domini Odorici predicti, alioquin quod die hodierna et hora compareret coram ipso domino / vicario dicturus causam, quare facere recusat, alioquin ad intrandum tenutam dicti / mansi et alter procederetur iusticia mediante. Quare cum dictus dominus Manfredus / non compareat et hora termini videatur preterire et sit quaxi ellappsa, supplicavit eidem / domino vicario quatenus per sententiam peteret quid iuris esset. Quo domino vicario petente, per omnes / astantes, nemine discrepante, sententiatum extitit quod si dictus presbiter Nicolaus fidem fa/ciebat de termino ad diem hodiernam et horam statuto et de legato facto dicte ec/clesie de dicto manso, prout de termino bene fecit fidem per quandam cedulam scrip/tam et in quaterno cedularum registratam manu mei Nicolussii notarii infrascripti et per / rellationem de presentatione ipsius cedule factam ibidem per Marzuttum[b] nuncium curie pa/triarchalis et prout de legato bene fecit fidem per quoddam publicum instrumentum scriptum / manu Nicolai notarii

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata.*
[b] *La* z *è resa con il segno specifico.*

condam Dominici Messe de Utino sub anno Domini millesimo tricentesimo / quinquagesimo tertio, indictione sexta, die quintodecimo mensis aprilis, per me notarium ibidem lectum, / sicut per astantes sententiatum fuit, ipsum bene fecisse fidem de predictis. Quare dictus dominus / vicarius eidem presbitero Nicolao dicto nomine dare debebat nuncium ad inducendum eum et / ponendum in tenutam et corporalem possessionem de dicto manso, salvo iure cuiuslibet / persone, ubi dictus dominus vicariu eidem presbitero Nicolao dicto nomine in nuncium et pro nun/cio dedit et assignavit dictum Marzuttum[c] nuncium, mandans eidem quatenus faceret / secundum quod sententiatum extiterat. Apud acta.

[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*

40 bis

1356 giugno 21, Lumeriacco

Verbale dell'immissione in possesso di un manso, sito nella villa di Loneriacco presso Villafredda e legato alla chiesa di S. Stefano di Udine, effettuata dal nunzio patriarcale Marzutto nella persona di prete Niccolò Samardenchia, cappellano e camerario della chiesa di S. Stefano.

Item eisdem millesimo et indictione, die vigesimo primo mensis iunii, in villa de Lunir/yacho super sedimine predicti mansi, presentibus Marthiussio condam Galli de Segnacho / habitante in Luniryacho, Chocio condam Zani[a] et Coculo de ipsa villa et aliis. Suprascriptus / Marzuttus[b] nuncius curie, nuncius per sententiam datus, ut in predicta sententia continetur, capi/ens in manibus suis de paleis tecti sediminis dicti mansi et dans in manibus / suprascripti presbiteri Nicolai camerarii ut supra, semel, secundo et tertio, ut in talibus est / moris, ipsum presbiterum Nicolaum camerarium et camerario nomine predicto in tenutam / et corporalem possessionem dicti mansi posuit et inducxit. [c]

S. T. Et Ego nicolussius condam Thomasini notarii de Utino publicus imperiali / auctoritate notarius et cancellarius curie temporalis dicti domini patriarche / predictis omnibus interfui et rogatus scripssi.

---

[a] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[b] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[c] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spezio di circa mm 18.*

40 ter

1356 novembre 16, Udine, sotto la loggia comunale

Manfredo di Castello, a nome proprio e dei fratelli Niccolò e Rizzardo, approva il lodo che ha posto in possesso la chiesa di S. Stefano di Udine del manso sito in villa di Loneriacco e ceduto quale legato alla medesima chiesa dalla defunta Caterina moglie del quondam Odorico di Castello; inoltre ratifica l'immissione in possesso del manso stesso. Prete Niccolò Samerdenchia, cappellano e camerario di S. Stefano, s'impegna a restituire il manso qualora venga riscattato per ventidue marche di denari aquileiesi. Consuete clausole di garanzia del negozio.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo quinquagesimo sexto, indictione nona, / die sextodecimo mensis novembris, Utini sub lozia[b] comunis, presentibus discretis viris Franciscutto Milicu/tti, Philippo condam ser Albergetti et Odorico condam Andree omnibus notariis de Utino, Leonardo condam / domini Citadini de Florentia Utini comorante et Nicolao notario filio Manini tusci de Florentia Utini comorante / testibus et aliis. Cum olim nobilis domina domina Caterina filia olim nobilis et potentis mili/tis domini Federici de Savorgnano et uxor olim nobilis viri domini Odorici olim domini Iohannis Francisci / de Castello Porpeti in suo ultimo testamento legasset ecclesie Sancti Stephani de Utino quendam / suum mansum situm in villa de Luniryacho apud Villam fredam, rectum per Machorum / filium Chocii et Coculum eius avunculum de ipsa villa, eidem domine Caterine datum et consi/gnatum, prout infrascriptus dominus Manfredus nominibus infrascriptis ibidem fuit confessus et contentus pro scar/leto ipsius domine, ut de ipso testamento continetur publico instrumento scripto manu Nicolai notarii condam Dominici / Messe de Utino sub millesimo tricentesimo quinquagesimotercio, die quontodecimo mensis / aprilis, et discretus vir presbiter Nicolaus Samerdencha plebanus Turide Utini comorans tamquam / camerarius et camerario nomine dicte ecclesie Sancti Stephani per laudum et sententiam obtinuisset / nuncium coram domino .. vicario domini .. patriarche Aquilegensis, ad intrandum in tenutam et corpo/ralem possessionem dicti mansi, ut de dicta sententia continetur publico instrumento scripto manu mei / Nicolussii notarii infrascripti, sub millesimo tricentesimo quinquagesimosexto, indictione nona, die decimo/octavo mensis iunii, et intrasset in tenutam et corporalem possessionem ipsius mansi cum / nuncio sibi dato sententialiter, videlicet Marzutto[c] nuncio curie patriarchalis, ut continetur publico / instrumento scripto manu mei notarii infrascripti sub predictis millesimo et

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata.*
[b] *La* z *è resa con il segno specifico.*

indictione, die vigesimoprimo mensis / iunii. Nunc vero nobilis vir dominus Manfredus condam dicti domini Iohannis Francisci coram dictis / testibus et me notario infrascripto, per se suosque heredes ac nomine et vice nobilium virorum dominorum / Nicolai et Riçardi suorum fratrum ac .. suorum nepotum, filiorum et heredum dicti condam domini / Odorici pro quibus omnibus promisit de rati habitatione, obligans omnia sua bona mobilia et / immobilia, presentia et futura, affirmavit, confirmavit, aprobavit et in omnibus ratifficavit / omnia predicta, volens, mandans et contentans quod ipse presbiter Nicolaus dicto nomine seu / alii sui successores in dicta cameraria, habeant, teneant, usufructuent, gaudeant et posside/ant dictum mansum cum omnbus suis iuribus et pertinenciis absque contradictione et repetitione ac mole/stia dicti domini Manfredi et fratrum ac nepotum suorum predictorum et cuiuslibet alterius persone, / cum hoc quod solvent dicto camerario vel eius successoribus marchas denariorum Aquilegensis monete vigintidu/[a]s[d] pro dicto scarleto ip[siu]s[e] domine, teneatur ipse camerarius vel alii sui successores in / dicta cameraria eis dare et rest[itu]ere[f] dictum mansum cum omnibus suis iuribus et perti/nenciis, prout dictus presbiter Nicolaus dicto nomine promisit ibidem eidem domino Manfredo di/ctis nominbus stipulanti, obligando ad hec omnia bona ipsius ecclesie presentia et futura, / hiis si quidem pactis habitis et firmatis intra eos dictis nominibus ibidem, videlicet quod num/quam per ipsum dominum Manfredum vel fratres et nepotes suos predictos vel eorum heredes / possit peti aliquid ex usufructibus dicti mansi et si possent petere, ipse dominus Man/fredus dictis nominibus remisit ibidem eidem camerario ac nomine donationis inrevocabilis, / que dicitur inter vivos, que nulla ingratitudinis causa vel offensa valeat revocari, / eidem camerario dedit et donavit totum id quod potest convicti vel convicteretur ex / dictis usufructibus quibuscumque occasionibus et causis, promittentes dicte partes dictis nominibus per se suosque heredes et successores cum obligatione dictus dominus Manfredus omnium suorum / bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, et ipse presbiter Nicolaus cum obligatione / omnium bonorum dicte ecclesie mobilium et immobilium presentium et futurorum et omnium damp/norum et expensarum litis et extra refectione ac interesse se obligando ad invicem / solempnibus stipulationibus huic inde invenientibus, predicta omnia et singula perpetuo fir/ma, rata et grata habere, tenere et plenius observare, numquamque contra predicta vel ali/quod predictorum dicere, facere vel venire per se vel alium seu alios, aliqua ratione, / dolo, ingenio sive causa, sub pena dupli eius de quo questio moveretur, minus quinque / soldis Veronensium parvorum, in singulis capitulis huius contractus stipulata et premissa, qua /

---

[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[d] *Integrazione su lacerazione del supporto scrittorio.*
[e] *Integrazione su lacerazione del supporto scrittorio.*
[f] *Integrazione su lacerazione del supporto scrittorio.*

soluta vel non, presens instrumentum et omnia in eo contenta plenum robur obtine/ant atque perpetuam firmitatem. [g]

S. T. Et ego Nicolussius condam Thomasini notarii de Utino publicus imperiali / auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripssi.

[g] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 19.*

41.

1356 luglio 19, Udine, nell'abitazione di Gabriele da Cremona

Testamento nuncupativo di Odorico figlio di Gabriele quondam Enrigino da Cremona notaio, con il quale elegge a luogo della sua sepoltura la chiesa di S. Francesco di Udine. Istituisce un legato perpetuo di quattro staia di frumento nella medesima chiesa e in favore del convento francescano per la celebrazione annuale dell'anniversario proprio e dello zio paterno Guglielmo, decano del Capitolo di Aquileia. Detto legato deve essere tolto da un suo livello di diciassette staia di frumento tratto da una braida nella tavella inferiore di Udine, nel luogo detto Sterpet. Nomina suo erede universale il figlio Gabriele e suoi tutori ed esecutori testamentari il padre Gabriele e la propria moglie Pietra. In caso di ritiro del padre, nomina suo sostituto il proprio fratello Niccolò

Originale membr., mm 305x200 c.a, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 41.

ATTERGATI: di mano forse coeva "Legatum factum fratribus minoribus per Odoricum condam domini Gabrielis de livello IIII^{or} stariorum frumenti". Sotto, di altra mano, ma sempre del sec. XIV "Bene data est contra". Appena discernibile con la lampada di Wood, sotto la precedente nota, compare un'altra nota coeva, di altra mano "Legatum IIII^{or} stariorum frumenti …". La datazione appartiene a mano del sec. XIX "1356 19 luglio". In lapis di mano del sec. XX "41 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione, soltanto con annerimenti dovuti alla polvere nella parte inferiore. L'inchiostro è bruno scuro, di agevole leggibilità. Tracce di rigature al piombo per inquadrare lo specchio grafico.

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto corrente, con variazioni rilevanti di dimensioni tra parte iniziale e parte conclusiva. Di notevole sicurezza grafica, assai aderente al modello canonizzato, la scrittura è però discontinua, poco regolare, anche nello spessore del tratto, benché il ductus sia rispettoso del rigo immaginario e si attenga ad una certa perpendicolarità dell'asse grafico. Senza alcun dubbio lo scriba possiede con sicurezza l'arte professionale.

In[a] nomine Domini, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo quinquagesimosexto, / indictione nona, die decimonono mensis iulii. Actum Utini Aquilegensis diocesis, in camera inferiori / domus habitationis infrascripti domini Gabrielis, presentibus discretis viris ser Tingho tusco Utini habitante / condam Tucii de Belmontis de Senis, ser Henrico Utini habitante condam domini Mamphey de Giroldis / de Cremona, Henrico de Andriottis de Utino, Hectore filio domini Andriottis de eodem / loco, Paulo condam ser Gumbertini mercatoris de Utino, Odorico notario condam Gumperti de Vualvesono, / Martino

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata di circa mm 30..*

de Utino condam domini Iacomini da Paona et Fanto condam domini Iohanini Arcoloniani de Utino / testibus et aliis ad hec vocatis et ab ore proprio infrascripti testatoris rogatis. Discretus vir / Odoricus de Utino filius sapientis viri domini Gabrielis notarii Utini habitantis condam domini / Henrighini de Cremona ibidem presentis, sanus per gratiam domini nostri Iesu Christi mense[b] / et sensu, licet corpore languens, timens decedere intestatus, suarum rerum et bonorum / omnium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere / procuravit. Imprimis quidem ellegit sibi sepulturam sui corporis apud ecclesiam Sancti / Francisci de Utino ordinis fratrum minorum. Et inter cetera que idem testator in / eius ultimo testamento ordinavit, tale fecit legatum hiis verbis expressum. / Item legavit conventui dicte ecclesie Sancti Francisci et dimisit perpetualiter quatuor / staria frumenti pro suo et condam venerabilis viri domini Guillelmi eius patrui olim decani Aquilegensis / annuatim anniversario fiendo per fratres ipsius ecclesie Sancti Francisci de Utino, annuatim et perpetuo / solvenda et extrahenda dicta quatuor staria frumenti ipsi conventui de quodam / suo livello decem et septem stariorum frumenti, quod livellum annuatim solvitur ipsi testatori / super quadam eius brayda sita in tavella inferiori Utini in loco qui dicitur Sterpet / per Leonardum dictum Tileum, cuius brayde hiis sunt confines ab una parte possidet / dominus Leonardus Arcolonianus de Utino, a secunda parte possidet Cusonus cerdo, a tertia / est via publica et a quarta parte est quedam viuza[c] vel si qui alii veriores forent confines. / In omnibus autem suis bonis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris, iuribus et actionibus / quibuscumque sibi heredem universalem instituit et esse voluit Gabrielem eius filium, / tutores autem dicti Gabrielis sui heredis et executores huius testamenti constituit in solidum / et esse voluit dictum dominum Gabrieles, eius patrem, et dominam Pertam eiusdem testatoris / uxorem. Cum hac condictione quod si dictus dominus Gabriel eius pater propter debilitatem / et senectutem sue persone non posset aut non nollet acceptare onus predictorum vel / decederet antequam dictus eius heres perveniret ad etatem loco ipsius sui patris constituit / Nicolaum eius fratrem tutorem dicti sui heredis et executorem huius testamenti in solidum / unaa[d] cum dicta domina Perta. Et hanc si quidem asseruit esse velle suum ultimum / testamentum et eius ultimam voluntatem, quod et quam valere iussit iure testamenti / et si iure testamenti non valeret, voluit valere iure codicillorum. Et si iure codicillorum / valere non posset, voluit valere quocumque alio iure ultime voluntatis, quo me/lius valere et tenere posset. [e]

---

[b] *Da intendersi ovviamente* mente.
[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[d] *Da intendersi* una
[e] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 15.*

S. T. Et ego Saraphinus condam ser Petri Vaurini notarii de Utino publicus / imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripssi.

42.

1356 dicembre 18, Udine, borgo Grazzano, nella casa d'abitazione del testatore

Trascrizione autentica del notaio Giacomo quondam magister Gello da Udine, tratta dalle imbreviature del notaio Romanussio da Romans, del testamento nuncupativo di Francesco detto Brunello figlio del quondam Martinuccio da Castello, con il quale dispone la sua sepoltura presso la chiesa di S. Francesco di Udine dove già è sepolto suo padre. Istituisce inoltre per la medesima chiesa un legato di due campi arativi siti nella villa di Porpetto, nel luogo detto Sterpet. Istituisce suoi eredi universali i propri figli Giovanni, Bonifacio e Niccolò, mentre nomina esecutori testamentari e tutori dei figli Niccolò quondam Michele Breda da Udine e i propri fratelli Matiussio detto Ducio e Pellegrino detto Mizone. Il testatore ha istituito questo legato a integrazione degli altri legati stabiliti nel testamento redatto nella medesima data con il notaio Romanussio.

Originale membr., mm 227x207-216, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 42.
ATTERGATI: di mano forse coeva "Legatum factum per Brunellum qui fuit de Castello fratribus minoribus de campis duobus". Di mano forse del sec. XIX "1356 18 dicembre". In lapis, di mano del sec. XX "42 Tomo III".
Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione, salvo lungo il margine inferiore destro, dove compare una macchia di umidità, che non intacca lo specchio grafico. L'inchiostro è bruno scuro, bene leggibile. Tracce di marginatura a sinistra. Il formato del supporto è irregolare.
La scrittura è una corsiva notarile piuttosto rapida, con tendenza ad abbassarsi sul rigo immaginario verso destra. L'asse delle lettere è leggermente inclinato a destra rispetto alla perpendicolare sul rigo. L'adesione al modello canonizzato è più che sufficiente, denotando anzi una certa corrività che parrebbe denunciare una notevole padronanza professionale. Il formato piuttosto minuto tende ad alterare il rapporto tra corpo delle lettere ed aste verticali. Qualche asta discendente ad uncino.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, inditione nona, die / decimo octavo decembris, presentibus presbitero Simone beneficiato in Çuglano, Iohanne Breda, Michulino / condam (Mar)ci de Avençono, Candido dicto Tos condam Hermanni de Quadruvio, Flumo condam Iacobi dela Moça, Gui/glelmo condam Danielis de Çuglano, Nicolao condam Michaelis de Utino et Mathiussio dicto Ducio fratre infrascripti / testatoris testibus et aliis pluribus vocatis et ab infrascripto testatore rogatis. Franciscus dictus Brunellus condam Mart(inuci) / de Castello perman(ens) Utini, per gratiam Iesu Christi sanus mente et sensu, licet corpore languens, timens decedere / intestat(us),

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata di circa mm 20..*

ordinationem suarum rerum et bonorum omnium per presens nuncupativum testamentum sine scriptis / in hunc modum facere procuravit. Imprimis quidem animam suam omnipotenti Deo et gloriose Virginis Ma/rie eius genitrici supliciter comendavit ac toti celesti curie, corpori quoque suo sepulturam elegit / in simiterio Sancti Francissi ordinis minorum de Utino super patre suo, cui quidem ecclesie legavit pro anima / sua in perpetuum duos campos terre aratorie sitos in pertinenciis ville de Porpeto ubi dicitur Sterpet / contiguos, quorum ab una parte possidet ecclesia de Porpeto, ab allia est comugna, a tercia possidet P..ar/dus de Porpeto masarius filii condam Michulli de Castello vel si qui allii veriores forent confines. In omnibus / autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris sibi heredes instituit universales Iohannem, / Bonefacium et Nicolaum eius filios, comissarios autem et heredum suorum tutores et huius presenti testamenti / executores constituit et esse voluit Nicolaum condam Michaelis Brede de Utino et Mathiussium dictum Ducium / et Pelegrinum dictum Miçonum eius fratres. Et inter cetera legata per eum facta in suo ultimo testamento scripto / manu Romanussii notarii subscripti in predictis millesimo, indic(t)ione et die et coram dictis testibus predictum legatum / fecit et ordinavit. Et hanc suam ultimam voluntatem aseruit esse velle quam voluit iure / testamenti, quod si eo iure valere non posset, valeat saltim iure codicillorum vel quocumque alio iure / quo melius valere potest et tenere. Actum Utini in burgo Greçani, in domo filiorum olim Pauli / de Percoto habitata per dictum testatorem. [b]

S. T. Et ego Iacobus filius olim magistri Gelli de Utino imperiali auctoritate / notarius publicus ex comissione mi(c)hi facta per olim bone memorie dominum Luduicum / patriarcham Aquilegiensem prout in abreviaturis olim Romanussii notarii, qui fuit / de Romans et Utini morabatur adinveni, ita fideliter scripsi, nil addens vel / minuens quod sensum mutet vel variet intelectum et ad perpetuam formam re/duxi.

[b] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 26.*

43.

1357 febbraio 15, Udine, nella casa d'abitazione del testatore

Trascrizione autentica del notaio Giacomo quondam magister Gello da Udine, tratta dalle imbreviature del notaio Romanussio da Romans, del testamento nuncupativo del sarto Giacomo quondam Vitale da Romans residente in Udine, con il quale elegge a sua sepoltura la chiesa di S. Pietro martire di Udine. Istituisce quindi un legato perpetuo in favore della medesima chiesa per il suo anniversario, costituito da mezza marca di denari aquileiesi sul livello che percepisce di una sua casa sita in borgo Poscolle. Inoltre istituisce un lascito annuale permanente in favore del convento costituito da quattro marche di denari aquileiesi tratte dai livelli che percepisce da alcune case d'abitazione site in Udine, al fine di far celebrare una messa per la sua anima sull'altare che ha fatto costruire nella chiesa di S. Pietro martire. Istituisce suoi eredi universali la moglie Maria, il fratello di lei Giovanni col figlio Pizulo, nonché l'altro fratello Matteo quondam Pietro da Romans. Nomina suo esecutore testamentario Giovanni Guastusura.

Originale membr., mm 245x215 circa, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 43.
ATTERGATI: di mano probabilmente del sec. XIV "Legatum fratribus predicatoribus de marchis IIII½ et frixacensibus XX de livello per Iacobum sartorem condam Vitalis de Romans". Di mano forse del sec. XIX "1357 15 febbraio". In lapis di mano del sec. XX "43 Tomo III".
Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione, salvo lievi abbrunimenti nelle pliche e qualche scomparsa d'inchiostro, forse per effetto dell'umidità. La forma è irregolare e sono ancora evidenti le tracce della rigatura al piombo per individuare lo specchio grafico. L'inchiostro è bruno chiaro, salvo qualche parola più marcata, effetto dovuto all'irregolarità della distribuzione dell'inchiostro.
La scrittura è una tipica corsiva notarile piuttosto corrente, irregolare assai nell'esecuzione (ductus, asse delle lettere, dimensioni, spazi tra lettere, parole e righe), benché aderente al modello canonizzato.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, indicione decima, die / quintodecimo mensis februarii, presentibus magistro Petro pelipario condam Leonis, Nicolao Malfatussii pelipario, magistro / Nicolao condam Minii de C(ivitate), Iohanne pelipario condam Dominici de burgo inferiori, Dominico condam Ambrosii de burgo Glemone / Menicho condam Iohannis de Utino, Iohanne condam Donati de Cerneglons, Çanino pelipario condam Duoni cortellarii, nec non religio/sis fratribus Ançutto et Pasqualino ordinis predicatorum de Utino testibus et aliis pluribus vocatis et rogatis ore proprio / infrascripti testatoris. Magister Iacobus sartor condam Vitalis de Romans Utini perman(ens),

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata di circa mm 19.*

per gratiam Iesu Christi sanus / mente et sensu, licet corpore languens, timens decedere intestatus, disposicionem suarum rerum et bonorum omnium / per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Imprimis quidem animam / suam humiliter commendavit omnipotenti Deo et genetrici eius et cetera, corpori quoque suo sepulturam elegit in simiteru / ecclesie Sancti Petri marteris ordinis predicatorum supradictorum. Et inter cetera vero legata per ipsum testatorem facta in suo / ultimo testamento scripto manu Romanussii notarii infrascripti in presentibus millesimo et indicione ac die predictis, tale fecit / fecit[b] legatum hiis verbis expressum. Item legavit ecclesie fratribus et conventui antedicte Sancti Petri marteris de Utino / perpetuo pro aniversario suo fiendo per eos marcham mediam denariorum de livello quam sibi solvit Venutus condam Valputti de Gradischa super domo sua sita in burgo Utini de postcollem iuxta heredes condam Andree Ferlini et cetera. Item le/gavit et ordinavit quod marcha una denariorum de livello quam sibi solvere tenetur Martinus sartor condam Ioahnnis Pelegrin(an) / de Utino super domo sue habitationis et marcha una et denarios viginti denariorum de livello quo ibi solvit Iohannes Gua/stusura super domo sue habitationis et marce due denariorum de livello quas sibi vendidit Iohannes Çorçius, / una super domo sua sita iuxta hospitium et allia super certis ortis et terenis sitis in villa Utini civitat(is) perpetuo / exigantur per heredes suos et Iohannem predictum et anuatim dentur dictis fratribus et conventui Sancti Petri mar/teris ad hoc, ut omni die in perpetuum celebrari facere teneantur missam unam pro anima ipsius testatoris super al/tari suo quod construi et edifficari fecit super prucho[1] ipsius ecclesie Sancti Petri marteris cum hoc quod si negligentes / essent ad predicta exigenda, quod camerarii qui pro tempore fuerint fraternitatis Sancti Iacobi de Utino supradictas marchas / exigere debeant et cetera habendo qui dictas marchas exigerint pro eorum labore denarios viginti. In omnibus autem aliis suis / bonis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris sibi heredes universales instituit et esse voluit dominam Mariam uxorem suam / et Iohannem eius fratrem ac Piçullum filium dicti Iohannis ac Matheum condam Petri de Romans eius fratris, dividendo / dictam hereditatem pro medietate inter se et cetera. Executores autem presentis testamenti esse voluit et rogavit Iohannem Guastusura / fratrem et nepotes. Et hanc suam ultimam voluntatem aseruit esse velle quam valere voluit iure testamenti, quod si / eo iure valere non posset, valeat saltim iure codicillorum vel quocumque allio iure ultime voluntatis qua mellius / valere potest et tenere. Actum Utini in domo habitationis dicti testatoris. [c]

---

[b] *Evidente errore di ripetizione dello scriba.*
[1] SELLA p. 462 indica quale significato “banco”; resta dubbia l’applicabilità a questo documento.
[c] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 13.*

S. T. Et ego Iacobus filius olim magistri Gelli de Utino imperiali auctoritate notarius publicus / ex comissione mi(c)hi facta per reverendissimum in Christo patrem et dominum Luduichum Dei gratia sancte sedis Aquile/giensis patriarcham, prout in abreviaturis olim Romanussii notarii de Romans, qui Utini morabatur, / adinveni, ita fideliter scripsi, nil addens vel minuens quod sensum mutet vel variet intelectum, / ad perpetuam formam reduxi.

44.

1357 giugno 19, Aquileia, nella chiesa di S. Felice

Costituzioni del sinodo diocesano tenuto dal patriarca Niccolò nella chiesa di S. Felice in Aquileia. Si stabilisce che vengano pubblicate in tutte le chiese della diocesi per sei mesi di seguito; che gli oppressori della Chiesa nelle persone e nei beni vengano perseguiti dall'autorità giudiziaria patriarcale senza alcuna possibilità di appello; che i responsabili della morte di chierici ed ecclesiastici incorrano nella scomunica immediata, da pubblicare per sei mesi nella chiesa sotto la giurisdizione della quale sia stata commessa la violenza, mentre su tutto il territorio cada l'interdetto fino al compimento della giustizia; i chierici beneficiati che abbiano collaborato alla violenza decadano dai loro benefici; che le persone ecclesiastiche non possano essere tradotte in tribunali secolari sotto pena di scomunica immediata; che gli ecclesiastici che permangano nella scomunica per un anno, perdano i loro benefici; che nessun chierico presuma di celebrare nelle chiese diocesane senza mandato del vescovo o permesso del rettore della chiesa.

Originale membr., mm 521x416 con plica di mm 34 circa, A.C.A.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 44.

ATTERGATI: una serie di rimaneggiamenti delle note in varie epoche, le ha rese praticamente indatabili. Una prima nota sembra una riscrittura di mano del sec. XVII su più antica "Constitutiones sinodales", appena leggibile, cui è aggiunto in scrittura molto marcata "1357 sub Nicolao patriarcha". Alla data una mano del sec. XIX ha aggiunto "19 giugno". Una nota forse di mano del sec. XV è talmente evanida da essere illeggibile. In lapis, di mano del sec. XX "44 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. Soltanto alcune tracce delle pliche e delle macchie d'umidità infiltratasi rovinano la pergamena, ma senza alterarne la leggibilità. Si tratta di documento ufficiale e solenne, quindi possiede tutti i requisiti di formalità richiesti. La plica sigillaria reca ancora il filo di mcanapa rivestito di seta rossa pendente; ovviamente il sigillo è perduto. L'inchiostro è di un bruno carico, molto nitido. Strana è tuttavia l'assenza di rigature al piombo, fattore che incide non poco nella regolarità della scrittura di questo documento.

Interessante è la scrittura: tipico esempio di corsiva notarile, essa non presenta alcun elemento di calligrafismo e neppure di solennità, tanto da indurre a ritenere che il documento sia una copia autentica destinata a restare nell'archivio capitolare. Il gesto scrittorio è piuttosto corrente, poco curato, anche se di notevole scioltezza, così da ritenere che sia il frutto di una notevole padronanza professionale. Essenziali tutti i tratti che si prestano a abbellimenti estetizzanti, funzionale al contenuto la scrittura, che è pure di grande leggibilità e chiarezza. L'asse delle lettere è perpendicolare al rigo e il ductus è continuo, composto, regolare, molto aderente al rigo immaginario. Gli sformaneti ai margini sono ridottissimi. La presenza di rubriche a titolatura delle costituzioni, ma senza ricorso al rosso e con una disposizione

anomala rispetto al testo della singola costituzione, sembra indicare che si tratti proprio di un esemplare autentico del documento sinodale. Corrobora questa ipotesi l'assenza della *complectio* notarile, che pure ricorre regolarmente negli originali di questo tipo di documento. Le caratteristiche della scrittura indurrebbero a ritenere Gubertino da Novate l'autore di questa copia.

REGESTI E EDIZIONI: BIANCHI, *Indice*, n° 4033 (tratto dal De Rubeis, *M.E.A.*, cap. XCIV, § II, coll. 921-928, dall'Archivio di Cividale); CAPPELLETTI, *Chiese d'Italia*, vol. VIII, p. 465; MANZANO, *Annali*, vol. V, p. *; MARCUZZI, *Sinodi Aquilejesi*, pp. 184-186.

In[a] nomine individue Trinitatis et totius curie celestis, amen. Convocata et congregata in ecclesia Sancti Felicis Aquilegensi sancta synodo Aquilegensis civitatis et diocesis, in qua interfuerunt quam plures abba/tes, decani, prepositi, archidiaconi, plebani, ecclesiarum rectores et ministri ac canonici et aliorum multitudo copiosa clericorum eiusdem civitatis et diocesis, nos[b] Nicolaus Dei gratia sancte / sedis Aquilegensis patriarcha huic venerande synodo presidentes, tam antiquas colende memorie Bertrandi patriarche Aquilegensis predecessoris nostri constitutiones provinciales et synodales quam aliorum / predecessorum nostrorum confirmamus et innovamus, nec non ad tuitionem et salutem ecclesiasticam et totius cleri nostre civitatis et diocesis Aquilegensis in hac venerabile nostra Aquilegensi synodo et una cum / ipsa ac ea approbante et consentiente, infrascriptas synodales constitutiones statuimus, promulgamus et publicamus, sicque publicatas inviolabiliter ab universis et singulis nostre civitatis et / diocesis Aquilegensis precipimus observari, mandantes in virtute sancte obedientie et sub pena nostro arbitrio imponenda omnibus et singulis ecclesiarum prefate civitatis et diocesis prelatis, abbatibus, decanis, vi/cedecanis, prepositis, archidiaconis, plebani, vicariis titularis et aliis rectoribus ecclesiarum cuiuscumque conditionis existant, quatenus ipsas semel in mense per sex menses subsequentes vel aliter quotienscumque / eis videbitur, infra missarum solemnia, ubi maior aderit populi multitudo, publicent et earum effectum suis parochianis per se vel alios clare manifestent, ut abiecta ignorantia et earum noticia / manifestata, si non virtutis amore, saltem formidine pene malefici se cohibeant a nephandis. C.[c] Qui sint iudices oppressionum tam personalium quam realium ecclesiasticis personis illatarum. / Quam constitutiones promulgare et earum tuitionem non deputare omnibus vanum et superfluum fore dinoscitur et tam veteris quam novi testamentorum pagina de oppressorum subventione cavetur, / multorumque lacrimabilibus et querulosis clamoribus in hac venerabili synodo nostre fuerunt aures propulsate, nos eis more pii patris ex debito nostri officii cum nostra presenti synodo in hunc modum providere / curavimus, opprimentium malitiis occurrendo, constituentes et providentes

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata.*
[b] *La* N *maiuscola è ingrandita e potenziata.*

presentis synodi consensu et auctoritate, quod si quis cuiuscumque conditionis vel status existat, iniurias personales et reales, angarias / et parangarias vel alias quasvis oppressiones prelatis et aliis personis ecclesiasticis cuiuscumque gradus existerint nostre Aquilegensis ecclesie, civitatis et diocesis seu familiaribus eorundem irrogaverit sive res et / bona mobilia vel se moventia, fictus, redditus, proventus et obventiones cuiuscumque generis sint, animalia, blada vel alios redditus et proventus et alia iura quecumque aut res alias quascumque pertinen/tes ad ecclesias vel ecclesiasticas personas ratione dominii vel quasi, possessionis vel quasi aliaque ratione vel causa seu dictarum ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum colonos et massarios et suorum fructuum et bo/norum vectores et conductores oppresserit seu dictas res vel bona, animalia, blada vel alios redditus et proventus et alia iura quecumque aufferendo violentiam intulerit seu rapuerit / per se vel alios vel rapi mandaverit seu aliis suo nomine facientibus ratum habuerit in quorum omnium bonorum et iurium possessione vel quasi seu dececatione reperte fuerint dicte ecclesiastice persone / vel ecclesie earunque massarii vel coloni tempore oppressionis, rapine, spoliationis et violentie predictarum, coram nobis Aquilegensi patriarcha et successoribus nostris et quocumque nostro et successorum / nostrorum in spiritualibus vicario generali vel speciali comissario seu delegato possit trahi, citari et conveniri et nos ac dictos successores, vicarios, commissarios et delegatos fore iudices com/petentes et contra prefatos et super predictis posse procedere, cognoscere ac iustitia mediante diffinire et punire, suffragantibus tam iuribus canonicis et civilibus patrum decretis et consti/tutionibus provintialibus et synodalibus quibuscumque appellationibus frivolis non obstantibus. C. De morte vel capitivitate clericorum sive ecclesiasticarum personarum.[d] / Excitati vociferatione multorum, quod nonnulli avaritie cecitate cecati et superbie furore obnubilati suasionibusque diabolicis insaniti, non verentur violentas manus in sacros sacerdotes / inicere, quos utraque Dei precepto veneratur scriptura, a cunctis Christi fidelibus venerari mandatur, ipsos capiendo, proth dolor, quod nephandius est, ipsos plerumque morti tradendo, nec non durissimis / carceribus mancipando, ut sic squalentes umido dimisso colore, de hac vita coguntur exire, quam hoc cedat in Dei ofensam et cleri obprobrium esse nulli potest occultum, ne sanguis eorum de / nostris manibus exigatur et de negligentia notemur, que in prelato peccatum mortale fore dinoscitur. In hac eadem synodo constituimus ut, si aliqua persona etiam aliter nobilitatis ingenite, / quum reatus omnem excludit honorem, vel cuiuscumque potestatis vel gradu existat seu alia quecumque singularis et persona privata Aquilegensis civitatis et eius diocesis vita privaverit vel captivaverit / prelatum, sacerdotem vel clericum cuiuscumque gradus extiterit dicte civitatis Aquilegensis et diocesis seu in ipsa civitate et diocesi beneficiatum vel in eisdem domicilium habentem, si fuerit

---

[c] *Inizia la prima rubrica delle costituzioni. Questa lettera potrebbe indicare proprio* Constitutio*, tuttavia va segnalata la posizione anomala, che qui si vuole salvaguardare anche visivamente.*

singularis vel persona / privata, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat et sine aliquibus aliis processibus et pronuntiationibus denuntietur excommunicatus per plebanum seu curatum illum vel ecclesie rectorem in cuius cura se parochia / perpetratum extiterit dictum scelus ac per vicinas parochias singulis diebus dominicis, usque ad sex mensium spatium conputandum a tempore sceleris perpetrati. In casu autem clerici captivati, sceleratus / ille captivans tam diu sic excommunicatus denuntietur quam diu captivatus detinetur. In qua vero parochia sic captus relcuditur, tam diu a divinis cessetur quam diu sue libertati donetur, porro ubi dominus temporalis / vel habens iurisdictionem in loco seu ipsius rectores et officiales per se vel alios prelibatis sacerdotes vel clericos vita exemerint, vel vinculatum decruderint seu fieri fecerint vel mandaverint / sive aliis suo nomine agentibus ratum habuerint, sint ipso facto excommunicati et denuntientur ut supra. Nichilominus in civitate, castro, opido sive terra vel loco ubi fuerit homicidii scelus / commissum sive in quibus detinetur, a divinis cessent officiis tam scerdotes quam clerici divino officio mancipati, donec sic detentus fuerit libere relaxatus ac de excessu commisso satisfecerit / scelerator et a prefata excommunicationi sententia meruerit absolucionis beneficium obtinere. Sacerdotes autem et clerici contra predicta facientes vel ea non servantes, a perceptione fructuum beneficiorum suorum / que habent in civitate et diocesi Aquilegensi sint ipso facto suspensi, donec de predictis satisfecerint sui arbitrio ordinarii, quos fructus fabrice Aquilegensis ecclesie decernimus applicandos. C. De pena imponentium et consulentium collectas et alia gravamina ecclesiasticis personis imponi.[e] Quod in antiquis iuribus patrum decretis et canonicis sanctionibus claret esse provisum, presentibus nostris constitutionibus duximus innovandum, ut qui ignorantie cecita/te ducti, legem ofenderunt, hac synodali constitutione certiorati, eius semitas tenere poterunt, unde constituimus quod, cum laycis nulla sit disponendi attributa facultas de perso/nis ecclesiasticis, ecclesiis earumque rebus, quibus manet auctoritas imperandi, laycis autem obsequendi quicumque secularis cuiuscumque conditionis vel preheminentie Aquilegensis civitatis vel diocesis / ecclesiis et earum bonis ac personis ecclesiasticis quibuscumque Aquilegensis civitatis et diocesis imposuerit collectas, angarias et parangarias seu ab eis per se vel alios exegerit vel exigi mandaverit, / aut in hiis imponendis et exigendi adhibuerit auxilium, consilium et favorem publice vel occulte vel res earum, bona et iura quecumque mobilia vel se moventia ac earum fructus, / redditus et proventus, in quorum possessione vel quasi fuerint dicte ecclesie, ecclesiastice persone sive earum massarii vel coloni quomodocumque detinuerit, invaserit, rapuerit vel quocumque per / se vel alios abstulerit seu aufferri mandaverit, vel suo nomine factum, ratum habuerit, tam ab ipsis ecclesiis et ecclesiasticis personis quam ab earum massariis, colonis vel inquilinis bona /

---

[d] *Si tratta del titolo della seconda costituzione.*
[e] *Si tratta del titolo della terza costituzione.*

superius nominata cuiuscumque conditionis existant, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, a qua non possit absolvi, nisi prius dampnum passus integre sit restitutus cum duplo eius quo fuerit / dampnificatus. Nichilominus in eorum locis et castris ac terris eorum temporali iurisdictioni subiectis dominio seu regimini a divinis cessetur, donec ad cor rediens, absoluti/one premissa, integre satisfecerit cum effectu. C. Clerici, clericos et layci coram seculari iudice non trahant.[f] Consiliis patrum decretisque apostolicis inhibentibus, ne illicitis auxibus clerici, clericos cuiuscumque gradus vel preheminentie fuerint, relicto suo pontifice, ad iuditia publica protrahant / et secularia vel quocumque ingenio vel causa conveniant seu citari faciant iudicialiter per se vel alios querimonie libellum porrigant vel petitionem quamcumque predictorum transgressor, nostra / approbante synodo venerabili, constituimus ut ipso facto excommunicationis sententiam incurrat. In qua si animo indurato anno permanserit, suis sit beneficiis ecclesiasticis ipso facto privatus possintque absque / alio privationis processu libere per ordinarium conferri. Insuper dispendium cause in qua traxerit, ipso iure patiatur cum expensarum refectione sine spe redeundi, eandem ipso facto sententiam excommunicationis / incurrant presidentes, iudices, iurisdictionem quamcumque exercentes et alii cuiuscumque dignitatis iudicantes ac iuditialiter cognoscentes, qui predictorum clericorum citationes, protractationes / et evocationes coram se fecerint vel fieri assenserint quocumque ingenio vel causa, nec non et seculares et private persone, quarum precibus et instantia fuerint facta predicta. C. Permanens in excommunicatione per annum, beneficiis suis sit ipso facto privatus.[g] Quia compertum est multis retro temporibus nervum ecclesiastice censure a nonnullis fuisse despectum, conveniens arbitramur salubre adhibere remedium, licet a sanctis patribus / aliter sit provisum. Idcirco constituimus ut quicumque intra [anni][h] spatium causam suam coram suis excommunicatoribus peragerit et per annum in excommunicatione permanserit, sibi aditum audientie clausisse / videatur. Qui in eadem excommunicatione, ex quacumque causa prolata, per annum animo indurato permenserint, sint insuper ipso anni circulo revoluto beneficiis ecclesiasticis ipso facto privati, que ordina/rius, solennitate iuris alia quacumque cessante, pro arbitrio debeat ydoneis conferre personis, de eisque libere prout sibi visum fuerit investire. Contra secularem vero personam, que / per annum in eadem excommunicationis contumatia permanserit immobili corde duraque mente, per ordinarium et in spiritualibus eius vicarium possit et debeat procedi tamquam de fide suspecta. Insuper / ubicumque fuerit infra metas nostre Aquilegensis diocesis ea presente, a divinis cessetur officiis, donec a nobis vel successoribus nostris receptum fuerit aliud in mandatis vel nobis absentibus / a nostris in spiritualibus vicariis

---

[f] *Si tratta del titolo della quarta costituzione.*
[g] *Si tratta del titolo della quinta costituzione.*
[h] *Integrazione su inchiostro evanido e macchia in plica.*

generalibus. C. Ut nullus in aliena ecclesia celebret sine licentia.[i] Apostolica doctrina testatur quomodo quis predicabit nisi mittatur, contra quam nonnulli quadam simplicitate, immo verius temeritate dampnabili, contraire non verentur, sine mandato ordinarii et licentia / plebani vel eius vicarii, sive rectori ecclesie cuiuscumque missas celebrando et alia divina officia quomodocumque peragendo, in animarum suarum periculum et rectorum ecclesie dampnum non modicum, / huic morbo medicinam cupientes adhibere, condignam presentis synodi auctoritate suffulti, constituimus ut quicumque absque mandato ordinarii vel licentia plebani seu alterius cuiuscumque rec/toris ecclesie in parochia missam vel aliud quodcumque divinum officium celebraverit, ipso facto alia pronuntiationis sententia cessante, unius marche Aquilegensis monete penam incurrat, nostre camere absque / remissionis spe totaliter applicande. Supradictas constitutiones tanta maturitate decoctas et legum doctorum aliorumque utriusque iurisperitorum solerti deliberatione digestas, necnon per / hanc venerabilem synodum approbatas ab omnibus etiam singulariter receptas intento corde et alacri animo suscipiant omnes nostre iurisdictioni subiecti, easque executioni mandent in virtute / sancte obedientie et sub penis contentis in constitutionibus ipsis. In quorum omnium testimonium et perpetuam roboris firmitatem, presentes fieri iussimus nostri sigilli appensionem munitas. / Datum et actum in ecclesia Sancti Felicis Aquilegensis et synodo suprascriptis, die decimonono mensis iunii, anno dominice nativitatis millesimo trecentesimo quinquagesimoseptimo, indictione decima.

S. P. D. in plica.

[i] *Si tratta del titolo della sesta costituzione.*

45.

1358 maggio 15, Udine, nell'abitazione di Benvenuto da Udine decano di S. Maria di Cividale

In[a] Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentessimo quinquagessimo / octavo, inditione undecima, die iovis XVIIII° mensis iulii, Utini Aquilegensis diocesis, in capella Sancti Petri iuxta maiorem ecclesiam Sancte Marie de Utino, presentibus discretis / viris presbiteris Ioseppo de Motio, Stephano condam Pharaoni de Utino, Gualterio de / Carnea, Christofaro de Cargnacho et Fantutio de Utino omnibus capellanis et offitiantibus / in dicta ecclesia Utinensi et aliis pluribus ad hoc vocatis et rogatis. Ibique convocato capitulo et / congregato ad sonum campane, utr est moris dicte ecclesie Utinensis, pro infrascriptis sindicis / et procuratoribus constituendis. In quo quidem capitulo interfuerunt venerabiles et discreti viri / domini Andreas decanus, Raymundus de Paon(o), Meliorantia de Thienn(is), Guidoiohannes / et

magister Petrus de Regio, Nicolaus de Sam(er)dencha, Zanettus[b] de Tholosa, Symon / de Parma, [Fran]ciscus[c] de Thienn(is), Iohannes de Parma et Gabriel condam Odorici de / Cremona [omnes canonici prebendati][d] in dicta ecclesia Utinensi fatientes ac constituentes capitulum, ut / est moris, [cum non sint ad pre]sens[e] in ipsa ecclesia plures canonici residentes, prefati / c[… canonici et capitulum][f] omnibus via, [modo, iure et forma][g] quibus melius po[tuer]unt[h], / [fecerunt, …verunt et ordinaverunt prefatos dominos][i] Symonem de Parma et Franciscum / de [Thie(nnis) … et concanonicos … et hoc man]datum[j] spontan(ee) suscipientes / suos [et dicti ipsorum capituli sindicos, procuratores, actores, factores et nuncios speciales][k] et quicquid / melius et [efficatius possent][l] esse de iure [et utrumque ipsorum in solidum, ita quod non][m] sit potior / conditio [… quod][n] unus ipsorum inceperit, [alter mel… valeat prosequi][o] et finire, specialiter / ad petendum, [exigendum et recipiendum pro eis et capitulo ipsorum predicto et ipsorum nomine][p] et dicti capituli / omnes et singulos [fructus, redditus et proventus, decimas, primitias, iura et obventiones, livella][q] ac iurisdictiones / quaslibet ad ipsos [dominos decanum][r], canonicos et [capitulum spectantes[s] et pertinentes quocumque][t] a quibuscumque / personis, comuni, collegio et universitate quocumque [nomine censeantur, qui ipsis dominis decano], canonicis et / capitulo dare, solvere [seu assignare] quoquo modo […ent tam pro temporibus elapsis quam in futuris de]bendis eisdem / quacumque ratione vel causa, [ipsosque fructus, redditus et proventus ven]dendum, alienandum si et prout eis] et utrique ipsorum / placuerit et [solutionem recipiendum, finem, remi]ssionem et pa[ctum de] ulterius non peten[do de hiis] que ad / mandatum dictorum [sindicorum et procuratorum ac] utriusque ipsorum […] faciendum, mansos, [vineas], campos, / prata, molendina et [territoria quelibet] ad ipsos dominos [decanum, canonicos et capitulum spectantes] et pertinentes / quoquo modo

---

[a] *La* I *maiuscola inziale è ingrandita, potenziata e lievemente ornata, di circa mm 104.*
[b] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[c] *L'inchiostro evanido impone questa ipotetica integrazione coll'ausilio della lampada di Wood.*
[d] *Si propone questa integrazione coll'ausilio della lampada di Wood.*
[e] *Si propone questa integrazione coll'ausilio della lampada di Wood.*
[f] *A causa della plica e dell'inchiostro evanido risulta impossibile restituire l'inizio del rigo.*
[g] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido e su lacerazioni in plica.*
[h] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido e su lacerazioni in plica.*
[i] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido e su lacerazioni in plica.*
[j] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[k] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[l] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[m] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[n] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[o] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[p] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[q] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[r] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[s] *La prima* e *è aggiunta sovrascritta nell'interlinea.*
[t] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*

affictandum, locandum et diffictandum ac etiam in singulis [eorum et dicti capituli] causis, litibus / et questionibus quas habent, movent, habere et movere possent quibuscumque [personis, comunibus et] universitatibus / cuiuscumque status, gradus vel conditionis existentibus et quocumque nomine cens[eantur nomine et occasione quacunque / seu que ipsis [dominis constituentibus] moveri possent a quibuscumque personis, comunibus et universitatibus occasionibus / [quibuscumque tam in lucrando quam etiam in perdendo coram reverendissimo in Christo patre et domino] domino Nicolao / [Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha] eiusque success[…][u] ipsorum vica[riis in spiritualibus et] temporalibus ac coram / [… quibuscumque iudicibus tam] ecclesiasticis [quam secularibus], datis vel [dandis, ad agendum], deffendendum, / [libellum dandum] et recipiendum, litem contestandum, sacrum calumpnie et cuiuslibet alterius generis / [licitum iuramentum in animas dictorum] dominorum constituentium prestandum et [ab] aliis prestari faciendum, ponendum, / exci[piendum, replicandum, triplicandum] et articulandum, positionibus, exceptionibus, replicationibus triplicationibus / et ab articulis per adversam partem productis opponendum et respondendum, termines et dilationes sibi dari / quoslibet [petendum, testes, instrumenta] et iura quelibet producendum et productis per adversam partem oppinendum / et reiciendum, [testibusque tam contra ipsorum personas quam] dicta [opponendum], allegandum et proponendum, / iudices et [notarios elligendum, suspectos] et confidentes dandum et [recipiendum], in causa seu causis / concludendum, sententiam seu sententias unam et plures audiendum, ipsasque [… petendum], ab ea seu / eis, si opus fuerit, appellandum, ap[…que petendum et reci]piendum, appellationem seu appellationes quaslibet / prosequendo tam in Romana curia quam alibi, si et prout ipsis procuratoribus et utrique ipsorum videbitur expedire, / unum et plures sindicos et [procuratores loco ipsorum substitue]ndum et revocandum semel et pluries / quotiens fuerit oportunum et generaliter ad [omnia alia] et singula faciendum, exercendum, conplendum et procurandum / qua in predictis et circa predicta fuerint necessaria et oportuna et que [tam negociorum] quam causarum merita / postulant [et requirunt ac que ipsi domini cons]tituentes [facere, exercere, complere, exigere] et procurare / possent, [si personaliter interessent, etiam si talia] essent [que mandatum] exigerent speciale. Promittentes / prefati domini constituentes [mi(c)hi notario infrascripto ut publice persone stipulanti] et recipienti vice et nomine / [… quorum interest vel in … posset quemlibet interesse, ratum, gratum et firmum] se perpetuo habituros / [… et quicquid per dictos ipsorum sindicos et procuratores seu substitutos] vel substituendos ab eis vel […] ipsorum / in premissis vel aliqua premissorum actum, gestum et fuerit quo(modo)libet procuratum, volentesque dictos eorum / sindicos et procuratores et utrumque ipsorum seu substitutos vel substituendos ab eis ut altero ipsorum / ab omni satisdationis onere relevare

[u] *Plica e macchia che rendono illeggibile questa parola e una successiva.*

promiserunt michi dicto notario stipulanti et recipienti ut supra de / iuditio sisti et iudicato solvendo cum omnibus suis clausulis sub ypotheca et obligatione omnium / bonorum suorum et dicti capituli presentium et futurorum. [v]

S. T. Ego Nicolussius condam Iacobi de Utino publicus imperiali auctoritate / notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi, signo meo apposito / consueto in fidem et testimonium premissorum.

[v] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 18.*

48.

1358 agosto 10, Gemona, presso la canipa di Giacomo della Massara

Trascrizione autentica del notaio Alessio quondam Rodolfo da Venzone, tratta dalle imbreviature del notaio Nicolussio quondam Desiderato da Spilimbergo, del patto concordatario tra il pievano di Artegna Folcherio da Gemona e Giacomo della Massara, proprietario di un manso sito in Treppo, riguardante l'entità della decima dovuta per quel manso al pievano ovvero al prete officiante nella pieve di S. Maria di Treppo a titolo di officiatura perpetua.

Originale membr., mm 369x197, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 48.

ATTERGATI: di mano forse del sec. XIV "Concordium inter plebanum Artenee et ser Iacobum dela Massaria". DI secono non meglio precisabile, forse del XVII "1358", cui mano del sec. XIX ha aggiunto "pro Treppo 10 agosto". Di mano del sec. XX, in lapis "48 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione, salvo lievissime lacerazioni lungo il margine sinisgtro, risarcite con restauro moderno, e una macchia d'umidità all'angolo inferiore sinistro. La pregamena è di buona qualità e il dealbamento ben realizzato. L'inchiostro è nero tendente al bruno, di bella leggibilità.

La scrittura è una corsiva notarile del XIV secolo, piuttosto posata, con grande evidenza del tratto, quasi calligrafica. Bene armonizzata nelle sue parti, rispetta sia le proporzioni tra corpo delle lettere e aste verticali, sia il modello canonizzato. Le tracce di marginatura al piombo danno conto del costante rispetto del margine. Non è rilevante l'allontanamento dal rigo originario, nonostante non si notino tracce di rigatura. Tendenza di espandere gli occhielli delle aste verticali.

Anno[a] Domini millesimo trecentessimo quinquagessimo octavo, indi(c)tione[b] undecima, die decimo / augusti, Glemone aput canipam Iacobi dela Masaria, presentibus Henrico / condam Hermanni de Zelgianutto[c], B(ern)o condam Garzitti[d] de Treppo, Walterussio de Glemona / testibus et aliis. Cum super quondam manso posito in Treppo recto per Henricum / supradictum, qui mansus est Iacobi dela Masaria, solvitur domino plebano plebis / Artenee seu presbitero officianti in ecclesia Sancte Marie de Treppo pro decima ipsius / mansi starium unum siliginis, congium unum vini de recta decima et quarta / una milei, ad hoc quod presbiter officians in dicta ecclesia teneatur orare / Deum pro anima massarii dicti et eius descendentium et cum, pluribus annis / elapsis, dicti massarii non solverint dictam decimam, quia questio erat inter

---

[a] *La* A *maiuscola iniziale è ingrandita e lievemente ornata, di circa mm 30, con l'ornamentazione discendente* .

[b] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita di circa mm 19.*

[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*

dominum / Folkerium de Glemona plebanum Artenee ex una parte et dictum Iacobum ex alia, / eo quod dominus plebanus volebat decimam tocius terreni et dictus Iacobus dicebat quod ab antiquo / ex tempore, quo non extabat memoria, quod[e] non solvebatur nisi tantum quantum est supradictum et cum / prefatus dominus Folkerius plebanus examinaverit diligenter testes contrate super predictas et repertum fuerit / re vera act(inus)[f] fuisse solutum super dicto e pro dicto terreno pro dicta decima dictum bladum et vinum / et non plus, ad declarationem predictorum et perpetuam rei memoriam et propter peccatum / evitandum, ne questiones decetero oriantur occasione predictorum et pro evidenti utilitate / dicte plebis, prefatus dominus plebanus per se et eius successores ex una parte et Iacobum[g] dela Masaria / ex alia ad talem concordium insimul pervenerunt, pacto etiam et stipulacione firmato in hunc modum, / videlicet quod decetero masarius, qui modo dictum mansum tenet, et alii successores eius solvere / debeant ipsi domino plebano et cui comiserit pro dicto territorio anuatim pro decima dicti territorii / starium unum siliginis et congium unum vini et quartam unam milei, ut presbiter officians in dicta ecclesia / debeat dicere vigilias anuatim pro animabus masarii dicti et eius successorum et orare Deum per pactum / quod, si non faceret presbiter dictus, tunc massarius ad solucionem quarte milei non teneatur semel / in anno, que omnia et singula supradicta dicte partes sibi ad invicem et una pars alteri per se / eorumque successores promiserunt firma et rata habere, tenere, observare et adimplere et non contrafacere / per se vel per alias personas. Pro quibus omnibus observandis, dominus plebanus dictus obligavit / eidem Iacobo dela Masaria omnia bona mobilia et immobilia dicte plebis presentia et futura, / cum refectione dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra, et dictus Iacobus obligavit / dicto domino plebano omnia bona sua presentia et futura. [h]

S. T. Ego Alexius condam Rodulfi Venzonensis[i] habitator Glemone publicus notarius imperiali / auctoritate constitutus, prout inveni in abreviaturis olim Nicoluscii notarii condam / Desiderati de Speninbergo ex comissione mi(c)hi facta per nobillem[j] virum dominum Franciscum / de Savorgnano Aquilegensis ecclesie vicedominum generalem sede vacante, in publicam formam / redegi, nil addendo vel minuendo quod sensum immutet vel intellectum meumque signum / apposui consuetum.

---

[d] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[e] *Evidente errore di ripetizione.*
[f] *SI propone questa lettura da correggere in* hactenus.
[g] *SI deve intendere come errato segno d'abbreviazione:* Iacobus.
[h] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 22.*
[i] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[j] *Evidente errore dello scriba.*

49.

1358 agosto 25, Udine, nel palazzo patriarcale vecchio

Comparizione in giudizio di fronte al tribunale patriarcale, supplito dal vicario sede vacante, di Marco sellaio da Udine, che sostiene di aver fatto citare i fratelli Pertoldo e Peglo di Moruzzo per la refusione delle rapine effettuate a danno di Giovanni armentario e i suoi soci di Arcano inferiore, tutti massari di Marco. Questi, poiché i citati non hanno refuso i danni e non si sono costituiti in giudizio, chiede di procedere. Il tribunale, accertata la contumacia della controparte, sentenza che Marco abbia la facoltà di rivalersi sui beni dei due fratelli mediante sequestro eseguito da un officiale del tribunale, fino al decorrere della somma dichiarata sotto giuramento dallo stesso Marco.

Originale membr., mm 401x227, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 49.

ATTERGATI: di mano forse del sec. XIV "1338. Sententia contra dominum Pertoldum et Pelgum de Mur(ucio)"; di mano forse del sec. XIV exe. Di non facile lettura nella parte iniziale "Contra dominum comitem (G)oricie, qui se dicit perpetuum advocatum esse Aquil(egensem). Nam, vacante sede, alii atque alii vicesgerentes temporalium eligebantur a capitulo"; della stessa mano sembra la data in cifre arabe apposta sopra l'attergato precedente "1398". Forse di mano del sec. XVII è la sigla di archiviazione "G – n° XXXIII". Di mano del sec. XIX "1358 25 agosto, Udine". In lapis, di mano del sec. XX "49 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in buona condizioni di conservazione, salvo le tracce delle pliche, che hanno parzialmente intaccato la scrittura in corrispondenza, qualche lacerazione (segnalata in nota), sempre conseguenza della plicatura e una macchia d'umidità all'angolo superiore destro. L'inchiostro è assai evanido, di un bruno molto pallido, pur conservando la leggibilità.

La scrittura è una corsiva notarile, piuttosto rapida. Pur denotando un buon livello di dimestichezza con il gesto grafico, essa tuttavia non è affatto curata: si contatano variazioni nelle dimensioni della scrittura, inosservanza delle distanze tra righi, sbavature d'inchiostro, spostamento dell'asse verso destra rispetto all'immaginaria perendicolare sul rigo. Il corpo delle lettere è minuto, mentre le aste verticali tendono a superare il rapporto 2:1. Presenza di rigatura al piombo ai margini. Da segnalare che l'aspetto grafico presenta un'apparente regolarità, che viene tradita ad un esame dettagliato.

In[a] nomine Domini, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo quinquagesimo octavo, indictione undecima, die sabbati vigesimoquin/to augusti, actum Utini in palatio veteri patriarchali, presentibus discretis viris magistro Pasino notario, Simone notario, Cuceta / notario, Philippo ser Albrighetti, Hectore notario, domino Nicolussio de Ungrispach, Uritio notario, Nicolussio Thomasini / et Nicolao magistri Gregorii de Utino testibus et aliis pluribus.

Coram sapienti viro domino Ottone de Castelino / iurisperito, vicario generali in temporalibus nobilis viri domini Frederici Boiani de Civitate Austria honorabilis vicedomini / ecclesie Aquilegensis sede vacante, in iuditio comparuit Marchus sellarius Utini habitans asserens et dicens quod ad sui / petitionem mandari fecerat nobilibus viris dominis Pertoldo et Peglo fratribus de Murutio, quatenus sibi restiturere deberent ad altressum / et solvere bannum curie cum dampnis et expensis, omnia et singula per eos seu eorum familiars aut de ipsorum mandato violenter accep/ta Iohanni armentario et sociis suis de Tricano inferiori masariis dicti Marchi et desuper bonis dicti Marchi que re(gun)tur / per predictos aut die hodierna inter nonam et vesperas in Utino conparere deberent coram ipso domino vicario facturi eorum excusationem / super predictis. Quare cum ipsi domini Pertoldus et Peglus non compareant, nec aliquis pro eis, dictus Marchus supplicavit / dicto domino vicario ut peteret per sententiam a circumstantibus quid inde iuris esset. Quo petente, per astantes sententiatum fuit quod / primo debeba(n)t proclamari ad faciendum statim eorum excusationem super predictis iuxta consuetudinem ad schalas dicti palatii. / Qua proclamatione ibidem facta per Ghibilinum nuntium patriarchalis curie, sicut ibidem sententiatum fuit, ipsum Marchum bene / fidem fecisse de dicta proclamatione vigore relationis ibi(que) facte per dictum Ghibilinum. Et de[b] dominis Pertoldo et Peglo / adhuc non conparentibus, petito ulterius ad instantiam dicti Marchi per dictum dominum vicarium quid [in]de[c] iuris esset, sententiatum / fuit per astantes quod, si dictus Marchus fidem faciebat de dicto termino hodierno, prout ibidem fecit, sicut / sententiatum fuit ipsum bene et legittime fidem fecisse per quandam cedulam dictum terminum hodiernum continentem per me / notarium infrascriptum ibidem lectam et per relationem ibidem factam per dictum Ghibilinum presentationem dicte cedule, idem dominus / vicarius dare debebat nuntium suum ipsi Marcho, prout sibi dedit dictum Ghibilinum, ad accipiendum de bonis / dictorum dominorum Pertoldi et Pegli pro tanto quantum idem Marchus obtinere volebat suo sacramento per dictos dominos / Pertoldum et Peglum seu eorum familiares fore acceptum dictis suis masariis ad altressum et solvere tenebantur / bannum curie cum dampnis et expensis, salva tamen taxatione expen(sarum) fienda per dictum dominum vicarium cum consilio bonorum / virorum. Qua sententia sic lata et ipsius vigore, idem Marchus de mandato dicti domini vicarii iuravit corporaliter / ad sancta Dei evangelia sibi a me notario infrascripto prestito debito sacramento per dictos dominos Pertoldum et Peglum / seu eorum familiares aut de ipsorum mandato, fore dictis suis masariis et desuper bonis suis acceptam, tantam / quantitatem feni et [d] vacham unam, quod earum summa ascendit et ascendere potest in pecunia ad valorem duarum / marcharum

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e lievemente ornata, di circa mm 18.*
[b] *Segue lacerazione del supporto scrittorio.*
[c] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[d] unius *depennato.*

trium fortonum Aquilegensis monete, salvo eo quod acceperunt ultra predicta, de quo ad presens non bene recordabatur, / et nichilominus se expendidisse occasione predicta quadraginta frixacenses. Quo iuramento sic prestito et vigore dicte sententie, / idem dominus vicarius, habito primo consilio bonorum virorum, dictos quadraginta frixacenses pro expensis tacxavit in viginti / soldis, ne<c> non cedit et assignavit dicto Marcho petenti in nuntium et pro nuntio Ghibilinum ad acci/piendum de bonis dictorum dominorum Pertoldi et Pegli usque ad integram solutionem quinque march(as) denariorum cum dimi/dia, conputato altresso pro dicto exfortio, et dictorum viginti soldorum pro dictis expensis tacxatis, mandans sibi / ut faceret iuxta latam sententiam. Item sententiatum fuit ad instantiam dicti Marchi quod quandocumque iurare voluerit, / quod dicti domini Pertoldus et Peglus seu eorum familiares accepissent desuper dictis suis bonis ultra ea que / superius iuravit, debebat procedi contra eos, sicut (modo) procedi poterat, salvo tamen si pars adversa interim conpareret.

49 bis.

1358 settembre 4, Cividale, sotto la loggia del comune

Costituzione in giudizio di fronte al tribunale patriarcale, supplito dal vicario sede vacante, di Pertoldo di Moruzzo, anche per il fratello Peglo, che muove eccezione alla sentenza emessa in favore di Marco sellaio da Udine, poiché prima della sua emissione era comparso in giudizio il fratello Peglo, che aveva pagato le spese. Chiede quindi che la sentenza sia cassata. Si oppone Marco, che intende dimostrare l'avvenuta divisione tra i due fratelli. Il tribunale sentenza che, se Marco può dimostrare l'avvenuta divisione, la sentenza rimarrà valida per Pertoldo. In caso contrario, la sentenza verrà cassata. Marco ottiene nuova udienza per poter esibire le prove della divisione.

Item[a] sub instantibus millesimo, indi(c)tione, die vero martis quarto septembris, actum Civitatis Austrie, sub lozia[b] comunis / presentibus discretis viris magistro Iohanne de Aquilegia phisico, Franciscutto Minicutti, Simone notario, Pincernino / notario, Stephano notario, Matheo aurifice, Nicolussio Thomasini, Leonardutio de Percoto et Uritio notario / hiis de Utino, necnon Antonio et Nicolao fratribus notariis, Iosepho notario, Gabrio de Civitate, Nicolussio / Tani et Marcho notario de Civitate testibus et aliis pluribus. Coram dicto domino Ottone vicario ut supra in iudicio / conparuit nobilis vir dominus Pertoldus de Murutio supradictus pro se et domino Peglo eius fratre pro quo promisit / de rati habitatione, obligando ad hec omnia eius bona, asserens et dicens quod verum erat quod sibi et dicto / eius fratri ad petitionem suprascripti Marchi sellarii statutus fuerat terminus excuse ad certam diem iam / elapsam et quod in die dicti termini dictus Marchus processerat in contumaciam ipsorum et obtinuerat / contra eos pro termino excuse, verum erat tamen quod ante quam dominus vicarius a iuditio surecxisset, conparverat dominus / Peglus eius frater predictus pro se et ipso domino Pertoldo et cassaverat dictum processum solvendo expensas, / quare dixit quod, postquam non erant divisi ipsi fratres, dictus processus in omnibus debebat esse cassus et vanus. / Ex adverso conparuit dominus Marchus et dixit quod probare volebat divisionem factam inter dictos fratres quare / dixit quod dictus processus debebat remanere firmus contra dictum dominum Pertoldum cum dictus dominus Peglus non / potuisset cassare dictum processum, nisi in sui favorem. Super quibus et aliis a[lle]gationibus[c] factis per dictas / partes super predictis petito, sententiatum fuit quod si dictus Marchus probare poterat dictam divisionem factas / inter dictos fratres de bonis eorum, quod dictus processus debebat remanere ratus contra dictum dominum Pertoldum et eius / bona, aliter si hoc probare

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, (circa mm 18).*
[b] *La* z *è resa con il segno specifico.*

non poterat, debebat esse cassus in omnibus. Qua sententia sic lata et ipsius vigo/re, idem dominus vicarius statuit terminum dicto Marcho petenti ad nominandum cum quo intendebat probare dictam / divisionem et ad procedendum in causa ad diem veneris proximum futurum inter nonam et vesperas. [d]

S. T. ET Ego Saraphinus filius Petri Vaurini notarii de Utino publicus imperiali / auctoritate notarius predictis omnibus et singulis suprascriptis interfui et rogatus scripssi.

---

[c] *Lacerazione del supporto scrittorio; si propone questa integrazione.*
[d] *Tra il testo e la complectio notarile interocrre uno spazio di circa mm 13.*

50.

1359 aprile 7, Avignone, nel palazzo apostolico

Il decano di S. Maria di Cividale Benvenuto da Udine, sindaco e procuratore del Capitolo di Udine, si costituisce presso la Curia papale quale sostituto del procuratore Guglielmo da Piacenza, trasferendo a suo nome tutti i procedimenti e i mandati del predecessore.

Originale membr., mm 185x214 circa, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 50.

ATTERGATI: di mano forse coeva "Substituto in causa capituli Utinensis"; di mano forse del sec. XVII "1359", cui una mano del sec. XIX ha aggiunto "7 aprile". In lapis, di mano del sec. XX "50 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. La pergamena è bene dealbata, con evidenti tracce di rigatura e di marginatura. Nel verso sono chiari i segni delle pliche. L'inchiostro è marrone chiaro, di buona leggibilità.

La scrittura è una corsiva notarile, posata, accurata. Forte è l'aderenza al modello canonizzato. Il rapporto tra il corpo delle lettere e le aste verticali tende a eccedere il rapporto 2:1. Non si può dire esente un certo influsso della libraria coeva.

In[a] nomine[b] Domini, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, indic(t)ione duodecima, / die septima mensis aprilis, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Innocentii divina providentia pape VI[ti] an/no septimo. In mei notarii publici et testium infrascriptorum ad h(e)c specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter / constitutus venerabilis vir dominus Benevenutus de Utino decanus ecclesie Sancte Marie Civitatis Austrie Aquilegensis / diocesis procurator et sindicus venerabilium virorum dominorum decani, canonicorum et capituli ecclesie collegiate Sancte Marie de Utino / Aquilegensis diocesis prout de ipsius procuratorio et sindicat(u) constat instrumento publico, ut prima facie apparet, traddito, scripto / et publicato per manum Pauli condam magistri Iohannis de Mutina publici imperiali auctoritate notarii, sub anno / nativitatis Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, indictione undecima, die secunda mensis septem/bris, habensque mandatum [c] ab eisdem decano, canonicis et capitulo et potestatem loco sui substituendi unum et plures / procuratores, semel et pluries, prout in dicto instrumento procuratorio et sindicat(u) plenius continetur, omni meliori modo et forma / quibus melius et efficatius potuit, substituit loco sui circumspectum virum magistrum Guillelmum de Placentia / in Romana curia procuratorem ibidem presentem et l[d] onus presentis procuratorii in se sponte

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata, di circa mm 84 con l'ornamentazione.*
[b] *La* N *è ingradita e lievemente ornata.*
[c] *Compare una lettera non depennata, segno di un errore di scritturazione.*
[d] l *non depennata, evidente errore dello scriba.*

suscipientem, ad omnia et singula / que a dictis dominis sui habebat in mandato, trasferens in eum, que ad predicta totaliter vices suas, donec / eas ad se duxerit revocandas. Actum et datum Avinionis, in palacio apostolico (causarum), anno, indictione, die, / mense et pontificatu predictis, presentibus discretis viris Augustino Bertoli Sorbi de Florentia mercatore Roma/nam curiam seq(uentem), Dominico de Nauceyo clerico Tullensis diocesis et Iohanne de Bernardis testibus ad premissa vocatis, / habitis et rogatis. [e]

S. T. Ego Ruardinus de Canibus clericus Papiensis publicus imperiali / auctoritate notarius predictis omnibus et singulis una testibus prenominatis interfui / eaque hic propria manu scripsi et in formam publicam reddegi signumque meum / apposui consuetum in testimonium veritatis omnium premissorum rogatus.

[e] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 12.*

51.

1359 settembre 16, Udine, nell'abitazione del testatore

Testamento nuncupativo di Francesco quondam Frastone da Udine con il quale elegge a luogo della sua sepoltura la chiesa di S. Maria maggiore di Udine, nella tomba di suo padre, onde istituisce un lascito pari ad una marca di denaro aquileiese per l'anno corrente. Inoltre stabilisce che venga nominato un sacerdote, sul quale i suoi eredi avranno diritto di nomina, perché canti una Messa sull'altare di S. Giacomo in suffragio delle anime di suo padre e sua, onde lega tre marche e mezza di denari aquileiesi annue. Nomina suoi eredi universali i figli Frastone e Valentino.

Originale membr., mm 401/383x176/180, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 51.

ATTERGATI: in corrispondenza dell'attergato forse coevo la macchia che ha colpito il margine superiore destro (recto) ha dilavato l'inchiostro, onde non risulta leggibile se non una riscrittura di epoca successiva (sec. XVII?) "[…] sancti Iacobi". Di mano forse del sec. XVII "Dotatio altaris sancti Iacobi per […] Franciscum quondam ser Frastonis cum marchis .4. manu ser Nicolussii quondam ser Tomasini notarii die 16 septembris 1359", del quale la datazione è riscritta forse nel sec. XIX. In lapis, di mano del sec. XX "51 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in discrete condizioni di conservazione. Compare una vasta macchia di umidità, con la gora che si estende dall'amgolo superiore destro fino al rigo 6, rendendo difficoltosa la lettura senza l'ausilio della lampada di Wood. Lungo il margine superiore destro lacerazioni risarcite con restauro di epoca moderna. L'inchiostro è marrone chiaro, di sufficiente leggibilità. Forti evidenze di marginatura in inchiostro (sinistro) e al piombo (? destro).

La scrittura è una corsiva notrile, non particolarmente curata. Il tratto è rapido e incostante, l'asse delle lettere sul rigo immaginario tende a coricarsi a destra. La scarsa cura nell'esecuzione si rileva anche dalla variazione della dimensione delle lettere mano a mano che procede la stesura del documento, dalla mancanza di rispetto del rigo immaginario, dalla tendenza ad affastellare le lettere non mantenendo la corretta spaziatura. Tuttavia il gesto grafico denota abilità e pardonanza, sono assenti correzioni, l'esecuzione delle lettere è quasi elegante, tendendo a dare accentuazione all'asse verticale sull'asse orizzontale del corpo delle lettere. Il tratto è tendente al filiforme con costanti legature. Piuttosto angolosa l'esecuzione degli occhielli delle aste verticali, con una tendenza a superare il rapporto 2:1.

In[a] nomine Domini, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo [quinquage]/simo[b] nono, indictione duodecima, die sextodecimo mensis septembris, [Utini, ante][c] / camera domus

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e lievemente ornata, di circa mm 30 con l'ornamentazione.*

[b] *La prima parte della parola viene letta mediante l'uso della lampada di Wood per la presenza di macchia d'umidità.*

[c] *Per la presenza di macchia d'umidità si deve ricorrere all'ausilio della lampada di Wood.*

habitationis infrascripti Francisci testatoris, presentibus fratre / Pasqualino de Utino et fratre Ambrosio de Utino ambobus fratribus ecclesie Sancti / Petri martiris ordinis fratrum predicatorum de Utino, Martino [notario][d] condam Tho/masini notarii de Utino, Amarlico condam magistri Hermanni capellani de / Utino, Passerino sartore condam Iohannis de Paderno Utini commorante, Guidone car/tario condam magistri Hermanni cartarii de Utino, Petro clerico condam Vidoni / de Carnea Utini comorante et Nicolao condam Marchucii de Segnacho Utini / habitante testibus vocatis et rogatis ab infrascripto testatore. Franciscus[e] / condam Frastoni de Utino per Dei gratiam sanus mente et sensu, licet cor/pore languens, timens ab intestato decedere, suarum rerum et bonorum / omnium dispositionem per suum presens nuncupativum testamentum sine scriptis / in hunc modum facere procuravit. Imprimis quidem ad honorem Dei et / beate virginis Marie eius matris sibi sepulturam sui corporis elle/git apud ecclesiam Sancte Marie maioris de Utino in monumento dicti condam / sui patris, cui quidem ecclesie legavit pro presenti anno marcham denariorum / unam. Et inter cetera alia legata et ordinationes quas fecit talem / fecit mandatum et ordinationem hiis verbis expressum. Preterea manda/vit, voluit et ordinavit iuxta ordinationem dicti condam sui patris per/petualiter pro animabus dicti condam sui patris et sua percantari per unum su/fficientem et ydoneum sacerdotem quoddam altare quod est in dicta ecclesia / Sancte Marie maioris de Utino sub nomine Sancti Iacobi, qui sacerdos poni et / deputari debeat ad hoc per heredes suos infrascriptos, si in hoc fuerunt soli/citi et eidem sacerdoti dare teneantur et debeant ipsi sui heredes an/nuatim marchas denariorum Aquilegensium tres et mediam[f], et pro luminando / ipsum altare marcham denariorum mediam[g], ad hoc quod ipse sacerdos teneatur / singulis diebus super ipso altare cellebrare pro animabus de condam sui patris / et sua. Et si dicti sui heredes ad hoc essent negligentes, mandavit, vo/luit et ordinavit quod statim camerarii dicte ecclesie Sancte Marie maioris / de Utino qui pro tempore fuerint, debeant facere fieri predicta super bonis / ipsius testatoris et se possint et debeant impedire statim de quodam / suo manso sito in Pasiglano Sclavanescho recto per Zilium[h] et Puri/attum de ipsa villa pro predictis adimplendis cum redditu ipsius mansi / cum hoc eciam quod qu(ando)cumque ipsi sui heredes eisdem camerariis darent et / deputarent quatuor marchas de livello pro predictis adimplendis et statim facta / dicta consignatione ipsarum quatuor marcharum de livello, ipse mansus sit ipsorum / suorum heredum et ad ipsos debeat reverti cum omnibus suis iuribus. In omnibus / autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus pre/sentibus et futuris, sibi universales heredes instituit et esse voluit / equalibus

---

[d] *La lettura è resa agevole dall'ausilio della lampada di Wood.*
[e] *IL nome è evidenziato da un riquadro in penna, non si può stabilire se tracciato dallo stesso scriba.*
[f] marchas denariorum Aquilegensium tres et mediam *è sottolineato e, emarginata a sinistra del rigo, compare la nota* march(e) 3 ½.
[g] marcham denariorum mediam *è sottolineato.*
[h] *La* z *è resa con il segno specifico.*

porcionibus Frastonum et Valantinum suos filios et / hanc suam ultimam voluntatem et suum ultimum testamentum as/seruit esse velle, quam et quod valere voluit iure testamenti et / si iure testamenti non valet, valeat saltem iure codicillorum et cuiusli/bet alterius ultime voluntatis iure quo melius valere potest et tenere. [i]

S. T. Et ego Nicolussius condam Thomasini notarii de Utino / publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus in/terfui et rogatus a dicto testatore scripssi.

[i] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 22.*

52.

1359 ottobre 5, Avignone

Guglielmo da Piacenza, procuratore del Capitolo di S. Maria maggiore di Udine presso la Curia romana, riceve una lettera revocatoria papale e dichiara che venga redatto pubblico instrumento affinché non si ingeneri un danno ai suoi mandanti e a se stesso a cagione del ritardo della ricezione della revocatoria, che per altro egli riceve senza alcuna contraddizione.

Originale membr., mm 167x230, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 52.

ATTERGATI: di mano forse del sec. XIV "Capitulo Utinensi Aquilegensis diocesis". Di altra mano coeva "Tempus quo procurator capituli recepit rescriptum bullatum (scilicet) V° octubris millesimo CCCLIX". Di mano forse del sec. XIX "1359 ottobre 5". In lapis, di mano del sec. XX "52 Tomo III 2.

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. La pergamena d buona qualità è dealbata egregiamente. Assai evidenti le rigature al piombo. L'inchiostro è assai leggibile, di un nero spento.

La scrittura è una corsiva notarile assai posata, con forti influenze della coeva libraria. Molto aderente al modello canonizzato, essa denota calligrafismo e regolarità. Di dimensioni minute, si nota un prevalere delle aste verticali sul corpo delle lettere.

In[a] nomine Domini, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod anno a nativitate eiusdem Domini millesino tre/centesimo quinquagesimonono, indic(t)ione duodecima, die quinta mensis octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini / nostri domini Innocentii divina providentia pape sexti anno septimo, in mei notarii publici et testium infrascriptorum presencia personaliter / constitutus, providus vir magister Guillelmus de Placencia procurator in Romana curia et procuratorio nomine, ut dixit, venerabilium virorum dominorum / decani, vicedecani et capituli ecclesie Sancte Marie maioris de Utino Aquilegensis diocesis, Avenionis, in hospicio in quo littere / eiusdem domini nostri pape bullate reddunt(ur), recepit de manu venerabilis viri magistri Andree Barreria dicti domini nostri pape scriptoris / ad litteras bullatas ibidem reddendas specialiter deputati, unam litteram revocatoriam vulgariter nuncupatam, vera bulla ipsius domini / nostri pape bullatam, quam pro dictis domini idem magister Guillelmus de Placencia procuraverat, ut asserebat, que quidem littera sic / incipit: Innocentius et cetera, et in secunda sui linea sic finit: prout existit, in penultima autem sui linea sic incipit: si segia / et cetera; et sic finit in ultima: pontificatus nostri anno septimo, qua quidem littera per eundem magistrum Guillelmum recepta et obtenta, /

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata, di circa mm 52 con l'ornamentazione; la* n *è ingrandita.*

protestatus fuit nomine quo supra solempniter in presenti quod, propter retardationem receptionis ipsius littere, prefatis dominis suis et / sibi nullum preiudicium generetur, nec tempora currant contra ipsos, dicens et asserens quod per ipsum non stetit quin dictam litteram / libentissime recepisset, si eam bullatam citius habere potuisset, super quibus omnibus et singulis petiit per me notarium / subscriptum sibi fieri publicum instrumentum. Acta fuerunt Avinionis, anno, indictione, die, mense et pontificatu / superius annotatis, presentibus provido viro magistro Guillelmo de Albinhaco in Romana curia procuratore ac Thoma de / Artwille clerico Coloniensis diocesis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis. [b]

S. T. Et ego Girardus Fabri de Cergiaco cleriucus Suessionensis diocesis publicus apostolica / et imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis presens fui eaque scripsi / et publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque meo solito signavi / in testimonium premissorum vocatus pariter et rogatus.

[b] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 12.*

53.

1360 febbraio 7, Udine, nella sacrestia di S. Maria maggiore

Il Capitolo della collegiata di S. Maria di Udine nomina suoi nuovi sindaci e procuratori il canonico di S. Maria di Udine Niccolò di Gregorio, il pievano di Lavariano Giacomo di Francescotto, nonché il canonico Stefano di Oliva, i preti Giovanni […] e G[…] di Gervasio cappellani di S. Maria maggiore, il notaio Francesco quondam […] e […] da Sammardenchia entrambi abitanti in Udine, senza con questo revocare gli altri suoi sindaci e procuratori.

Originale membr., mm 534x216, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 53.
ATTERGATI: di mano forse del sec. XIV "Sindicatus capituli Utinensis". Di mano forse del sec. XVII "1360. Sindicatus capituli sive Procuratorium in personam domini Nicolai Georgii canonici". Di mano del sec. XIX "1360 7 febbraio". In lapis, di mano del sec. XX "53 Tomo III".
Il supporto scrittorio giace in discrete condizioni di conservazione. Tuttavia si devono segnalare due ampie lacerazioni lungo il margine sinistro e lungo il margine destro. Lacerazioni di entità molto inferiore si rimarcano lungo il margine destro. L'inchiostro è di un marrone piuttosto vivace e bene leggibile, ma l'umidità e probabilmente la qualità della pergamena hanno fatto desquamare l'inchiostro in molti punti, fino a provocare la perdita della scrittura in ampie zone del documento. La lettura risulta in tal modo assai difficile e la lampada di Wood non è sempre valevole ausilio.
La scrittura è una corsiva notarile posata, di notevole impatto calligrafico, ma non sempre regolare lungo tutto il testo. Lo scriba non rispetta costantemente le dimensioni e la spaziatura fra i righi, benché riveli notevole padronanza con il gesto grafico. Lo specchio grafico è generalmente rispettato, anche se l'accurata esecuzione delle singole lettere e delle singole parole viene contraddetta dall'aspetto complessivo non proprio accurato. Presenza massiccia di svolazzi nelle lineole di abbreviatura e negli occhielli. La scrittura, pur aderendo al modello canonizzato, suscita un'impressione di affastellamento, anche per l'accentuazione della lunghezza delle aste vericali discendenti e per il rapporto tra le aste vetricali e il corpo delle lettere superiore a 2:1.

In[a] nomine Domini, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo, indictione terciadecima, die septimo / mensis februarii, actum Utini Aquilegensis diocesis in sacristia ecclesie collegiate Sancte Marie, presentibus venerabilibus viris dominis / Antonio de (Ver)neto canonico Aquilegensi ac Iacobo Franciscoti Lavarian(ensis) et Zanino[b] de Veneciis in castro Utini / ecclesiarum plebanis, necnon Thomado [clerico][c] quondam Cute de Palmada et

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata, di circa mm 47 con l'ornamentazione.*
[b] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[c] *Si propone questa lettura su lacerazione in plica.*

Iohanne Zorzeluto[d] molendinario testibus / et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et rogatis. Ibique convocato et congregato capitulo dicte collegiate ecclesie Sancte Marie / de Utino more solito et in loco consueto pro infrascriptis sindicis et procuratoribus constituendis, in quo quidem capitulo inter/fuerunt venerabiles viri domini Antonius de Ronchonis decanus, Gregorius et Nicolaus de Utino ac Guillelmus de / Paona et Rizardus[e] de Sancto Vito omnes ipsius collegiate ecclesie Sancte Marie canonici prebendati ipsiusque ecclesie / capitulum facientes et constituentes. Ipsi domini decanus, canonici et capitulum unanimiter et concorditer ipsorum nemine discrepante, / omnibus via, modo, forma et causa quibus melius et efficatius sciverunt et potuerunt, citra tamen revocationem aliorum suorum / sindicorum et procuratorum, fecerunt, constituerunt, creaverunt et ordinaverunt suos et dicti capituli veros, certos, legitimos / et indubitatos actores, factores, sindicos, procuratores et negociorum gestores et nuncios speciales et generales ac / quicquid melius et utilius esse vel [……]t[f] tam de iure quam [de c]onsuetudine ita tamen quod generalitas specialitati / non deroget nec [etiam modo, venerabiles viros dominos] Nicolaum [Gregorii] canonicum dicte collegiate ecclesie Sancte Marie[g] et Iacobum Fran/ciscoti plebanum Lavariani, [ibidem presentes] et hoc mandatum in se [sponte] suscipientes ac dominum Stephanum de / Oliva canonicum et presbiteros [Iohannem de …… et Io…… Gervasii] capellanos prefate collegiate ecclesie Utinensis, nec non / Franciscum notarium quondam […… et …… de Samerdenga notari..] Utini habitantes, absentes tamquam / presentes et quemlibet eorum m[……] quod [occupantis conditio] potior non existat, sed quod unus ipsorum ince/perit, alius prosequi m[ediare valeat et f]inire, generaliter in omnibus et singulis causis, litibus, controversiis et questionibus quas / habent et sunt habituri tam in agendo quam in defendendo cum quibuscumque hominibus et personis, capitulis, collegiis et universitat(ibus) / cuiusvis status, gradus, ordinis [… bonis] existant, coram reverendissimo in Christo patre et domino domino .. patriarcha Aquilegensi / eiusque vicariis, capitaneis, gastaldionibus et aliis [eius] officialibus quibuscumque et [coram] quocumque alio domino, / dominio, iudice et auditore [ordinari(o) et extraordinari(o), delegato vel subdelegato, ecclesiastico et seculari], deputato et depu/tando cuiusvis preheminentie vel conditionis [existat, ad agendum] et defendendum, libellos [et quascumque] petitiones / dandum et recipiendum, [……, litem et lites] contestandum, de calumpnia et veritate dicenda / iurandum et cuiuslibet a[lterius generis iuramentum …… lecitum et necessarium] in animas ipsorum constituentium prestandum et suben(dum?) / et adverse parti presta[ri ……] ponendum et articulandum, positionibus et articulis adverse partis

[d] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[e] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[f] *Desquamazione dell'inchiostro, inintegrabile. D'ora innanzi non si ritiene necessario segnalare nuovamente questa medesima causa di illeggiiblità.*

rendendum / et suis renderi faci[endum, testes, instrumenta, litteras, privilegia] et quecumque iura et munimenta producendum et adverse parti / produci et iurare ind[ucendum, ……] et quecumque iura et munimenta partis adverse dicendum / et opponendum, sus[……..] elligendum […… et] recusandum et sub quacumque forma videbitur / [……]ndum, […….] petendum et recipiendum in causa et causis concludendum / [et concludi] petendum et [vide…..] allegandum et allegationes […… generis] producendum, sententiam et sententias interlocutorias / et diffinitivas f(ieri) pet[endum] et audiendum, ap(pellos) semel, bino et tercio instanter et instantissime petendum et / recipiendum et ab ipsis s[…….] qualibet ac[……..[appellandum, appellationes et nullitates prosequendum, / intimandum et notificandum [……..] et absolutionis a quibuscumque processibus et sententiis sim/pliciter et ad cautelam pe……. et obtinendum [totiens quotiens opus] fuerit et videbitur expedire, nec non ad petendum / exigendum et [recipiendum pro] ipsis et eorum nomine […… id] et quicquid ipsis dominis decano, canonicis et capitulo ex quacumque / causa speciali vel generali expressa vel subintellecta a quibuscumque hominibus et personis debetur vel debebitur quolibet in futurum / [presenti] mandato durante sive s[… vel f…] pecunie sive affictus […….]s generis vel speciei sive livellarie re/sponsiones aut census vel res [et bona] alia quecumque quibusvis [nominibus nun]cupentur, et adquittandum, liberandum /et absolvendum om[nes et] singulos [dantes] et solventes de [datis] et solutis dumtaxat, finemque remissionem et absolutionem / ac pactum de non petendo in totum [vel pro parte] de rece[ptis], ut premittitur, faciendum cum omnibus et singulis promissionibus, / renunciationibus, obligationibus, penarum adiectionibus , iuram[entis et] (clausulis) aliis quibuslibet necessariis et oportunis, ac ad constituendum / alios ipsis dominis decano, canonicis et capitulo et [eorum] successoribus debitores et ad emptiones de quibuscumque bonis et / possessionibus ac iuribus et a[ctioni]bus nomine ipsorum dominorum decani, canonicorum et capituli et pro ipsis et eorum successoribus faciendas / et recipiendas et bonorum emp[trionem] per eos vel eorum aliqu[em …… et] corporalem possessionem pro ipsis dominis de/cano, canonicis et capitulo et predictis eorum successoribus apprehende[ndum, nansciscendum, reci]piendum et tenendum locationesque et / dislocationes de quibus[cumque bonis] ipsorum dominorum decani, canonicorum et capituli faciendum et procurandum et generaliter ad / [omnia] [h] alia et singula [ipsorum] dominorum decani, canonicorum et capituli negocia agenda, tractanda et efficaciter procuranda / [a]liaque[i] omnia et singula faciend(a), procurand(a) et exercenda que in premissis et circa premissa et ab eis dependentia / [fuerint

---

[g] Marie *abbreviato aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*
[h] *Inizia la lacerazione al margine sinistro.*
[i] *Si propone questa integrazione su lacerazione marginale.*

patriarche testibus et aliis pluribus. / Cum inter venerabiles viros dominos .. decanum, canonicos et capitulum maioris ecclesie Sancte Marie de Utino Aqui/legensis diocesis ex parte una et honestum et religiosum virum fratrem Çottum de Abbatibus de Florentia[1] / priorem [Sancti Antonii Viennensis] de Veneciis Castellane diocesis, nec non preceptorem maiorem atque caput ecclesiarum, / domorum et [hospitalium Sancti Antonii] per diocesim Aquilegensem et marchiam Tervisinam atque provincias Istrie, / Dalmacie et [Croacie] parte [..][b] altera, certa lis et controversia verteretur seu verti speraretur tam / nomine et occasione cuisdam oratorii ecclesie s[eu] domus et cimiterii noviter erecti, fabricati et constructi / per ipsum priorem et fretres eiusdem ordinis sub vocabulo et titulo Sancti Antoni Viennensis in suburbiis / terre Utini extra portam quam itur Civitatem Austriam, quibus oratorio seu ecclesie ac cimiterio / coherent a duabus partibus vie publice et ab aliis est territorium heredum condam domini Gabrielis / de Cremona [Utini commorantium], quam [eciam occasione oblationum,] sepulture, obventionum et funerum / aliorumque [iurium, quorumcumque honoris, iurisdictionis et districtus ac cuiuslibet] alterius emolumenti, quod / posset ex [dicte ……] provenire. Quod quidem [oratorium] et oratorii seu ecclesie / hedif[icium ac cimiterium asserebant] dicti domini decanus, canonici et capitulum in ipsorum et dicte ecclesie / Sancte [Marie de Utino preiudicium et gravamen non modicum] erectum et constitutum, cum sit / infra limites dicte ecclesie Sancte Marie de Utino positum et constructum. Prefate partes, videlicet / honorabilis et discretus vir dominus [Nicolaus de Civitate] Austria dicte Aquilegensis diocesis canonicus eiusdem / ecclesie Sancte Marie de Utino [tamquam] procurator et sindicus ac procuratorio et sindicario nomine supradictorum dominorum / decani, canonicorum et capituli ecclesie Utinensis ad compromittendum et alia infrascripta obtinens plenum et / specialem mandatum, ut instrumento publico inde confecto scripto manu Philippi notari condam Mathie de / Utino dicebatur plenius et [seriosius contineri] ex parte una, et predictus dominus frater Çottus prior / pro se, successoribus et fratribus suis dicti ordinis ex altera, de predictis omnibus et generaliter de / omnibus et singulis [ex dictis causis dependentibus] quomodolibet et conexis, pro bono pacis et concordie / utque ipsarum partium [parcatur litigandi laboribus et expensis], unanimiter et concorditer / atque ex earum pura, libera et [certa scientia], compromiserunt in reverendissimum in Christo patrem et / dominum dominum Ludovicum Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcham tamquam in arbitrum, arbitra/torem et amicabilem compositorem, dantes et concedentes eidem domino patriarche arbitro pote/statem plenariam et bayliam sententiandi, arbitrandi, diffiniendi et terminandi inter dictas partes / super premissis et premissarum

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 36 con l'ornamentazione. Anche la* n *è ingrandita e potenziata.*

[1] Frate Zotto degli Abati si era rivolto al Comune di Udine con una lettera datata 11 novembre 1358 (cfr. BIANCHI, *Indice*, n° 4172, da copia presso l'Archivio Capitolare di Udine).

qu[o]libet alte, basse, amicabiliter et de iure, stando, sedendo, diebus / feriatis et non feriatis, partibus presentibus et absentibus, dumtamen legitime citatis, ad diffinitivam / senentiam audiendum usque [ad proximum festum dominice] resurectionis, abreviando et longando ad beneplacitum / domini arbitri antedicti, [promittentes quoque] prefate partes pro se et nominibus quibus supra sibi invicem solemp/nibus stipulationibus [hinc inde] intervenientibus et cum obligatione omnium bonorum dictorum dominorum decani, / canonicorum et capituli atque dicti domini prioris et successorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum / atque reffectione dampnorum [omnium et expensarum] litis et extra ac interesse, omnem sententiam, terminationem et / arbitrium [ferrendum per dictum dominum arbitrum in] premissis et quolibet premissorum, firmum, ratum / et gratum [perpetuo habere atque tenere, observare], attendere et complere et non contradicere, / facere vel venire, [ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa], nec appellare vel reducere ad arbitrium / boni viri, sub pena centum [florenorum] puri auri et iusti ponderis, solempni stipulatione premissa, / cuius pene [medietas cedat dicto] domino patriarche et qui pro tempore fuerit et alia medietas parti / [sententiam observanti, que totiens commitatur et exigi valeat cum effectu] quotiens sententie / [seu arbitrio ferendo per ipsum dominum arbitrum in premissis et quolibet] premissorum extiterit aliqualiter / [sive quomodolibet contrafactum, eaque soluta vel non, presens nichilominus] compromissum et sententia seu / [arbitrium ninde ferrendum obtineant perpetuo plenum robur]. [c]

S. T. Et ego Odolricus condam [Andree de Utino] Aquilegensis diocesis imperiali auctoritate notarius / publicus suprascriptique domini patriarche officialis et scriba premissis omnibus interfui et / rogatus scripsi.

---

[b] *Incerta è l'identificazione di una lettera forse con abbreviatura dopo* parte.
[c] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 32.*

70.

1364 marzo 4, Udine, nel palazzo patriarcale

Sentenza arbitrale del patriarca Ludovico della Torre nella vertenza tra il capitolo della collegiata di S. Maria di Udine e frate Zotto degli Abati da Firenze, priore di S. Antonio di Vienne in Venezia e precettore maggiore delle case e degli ospedali dell'Ordine nella Marca Trevigiana, nella diocesi di Aquileia, in Istria e in Croazia e Dalmazia. L'arbitrato stabilisce che la chiesa o oratorio e il cimitero ad essa pertinente eretti dall'Ordine in Udine, fuori porta Cividale, continuino a sussistere senza contraddizione, potendo i frati seppellirvi i propri defunti e quanti desiderino eleggerlo a propria sepoltura, a condizione che siano riservate alla collegiata le oblazioni esequiali secondo le misure consuete e che i sacramenti amministrati siano riservati ai frati dell'Ordine e ai loro famigliari e servi. Il patriarca esenta invece il convento dal versamento in favore della collegiata della porzione canonica dei legati, qualora non siano connessi a disposizioni funerarie. In cambio, il convento dovrà acquistare un reddito di quaranta lire di piccoli da devolvere al Capitolo collegiato a titolo di compensazione. Infine il patriarca conferma i privilegi e le grazie concesse all'Ordine dal suo predecessore il patriarca Niccolò, ma estinguendo nel contempo l'onere dell'oblazione annua del cero. Consuete clausole di garanzia della sentenza.

Originale membr., mm 520x457, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 70.

ATTERGATI: di mano forse del secolo XIV "Instrumentum sententie late per dominum Ludovichum patriarcham Aquilegensem arbitratorem inter dominos decanum, canonicos et capitulum Utinenses et dominum fratrem Çottum priorem Sancti Antonii de Veneciis", cui è aggiunto, incompleto, con mano forse del secolo XVII "occasione quarta et fabrica Sancti Antonii et…". Al di sopra dell'attergato, ancora di mano del secolo XVII "1364", cui è aggiunto con mano del secolo XIX "4 marzo". Di due altre mani del secolo XVII, probabilmente, "1364 Sententia reverendissimi domini patriarche Ludovici pro capitulo Utinensi contra fratrem Ciottum priorem priorem monasterii Sancti Antonii occasione quarte et fabrice Sancti Antonii 1364". In lapis, di mano del secolo XX "70 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in discrete condizioni di conservazione. Molto forti sono le tracce della plicatura originaria, ma si rilevano soprattutto nel recto, salvo un luogo dove la plica è stata lacerata, così da lasciare un'ampia lacuna nella parte scritta, all'altezza delle ultime righe del testo (righe 42 e 43). L'origine di questo danno ha causato altre mutilazioni alla pergamena in altri punti, di minore entità, di volta in volta segnalate. Diffuse tracce d'umidità con sbiadimento e desquamazione dell'inchiostro. L'inchiostro è di un nero pallido, bene leggibile ove non sia stato danneggiato dagli accidenti anzi descritti. Molto nitide le marginature al piombo

La scrittura è una corsiva notarile piuttosto veloce, ma assai elegante: si tratta della nota scrittura del notaio Odorico quondam Andrea da Udine.

REGESTI E EDIZIONI: BIANCHI, *Indice*, n° 4440.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimoquarto, indictione secunda, die quarto mensis marcii. Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Ludovicus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha arbiter arbi/trator et amicabilis compositor litis et questionis vertentium et que verti possent inter venerabiles viros fratrem Ciottum de Abbatibus de Floren[cia prio]rem[b] hospitalis Sancti Antonii Viennensis de Veneciis Castellane diocesis ex una parte, et .. / decanum, canonicos et capitulum collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis parte ex altera, prout continetur in c[ompromisso manu] publica scripto per me Odoricum notarium infrascriptum sub predictis anno et indictione, die / tercio mensis marcii, sententiam in scriptis presentibus partibus infrascriptam protulit atque dedit. In[c] Christi nomine, amen. Nos[d] Ludovicus[e] Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha concorditer electus arbiter, arbitrator et amicabilis com/positor, non per errorem, set[f] ex certa sciencia et expresse per dilectos in Christo filios .. decanum, canonicos et capitulum ecclesie Sancte Marie de Utino, nostre Aquilegensis diocesis, seu Nicolaum de Civitate eorum concanonicum, sindicum et procuratorem / ad hoc deputatum specialiter ex parte una, et venerabilem ac religiosum virum fratrem Ciottum de Abbatibus de Florentia priorem hospitalis Sancti Antonii Viennensis de Veneciis Castellane diocesis, nec non preceptorem maiorem ac caput / ecclesiarum, domorum et hospitalium Sancti Antonii per diocesim Aquilegensem, per Marchiam Tervisinam atque provincias Dalmacie et Croacie parte ex altera, super lite et controversia, que vertitur et verti speratur inter ipsas / partes occasione et causa cuiusdam oratorii, ecclesie seu domus et [cimiterii][g] erecti, fabricati, constructi et elevati per ipsum priorem et fratres eiusdem ordinis sub vocabulo et titulo Sancti Antonii Viennensis in suburbiis / terre nostre Utini extra portam [qua itur ad nostram] Civitatem Austrie, quibus oratorio seu ecclesie ac cimiterio coherent a duabus partibus via publica et ab aliis territorium heredum condam Gabrielis de Cremona / Utini habitantium, et occasione sepulture, obventionarum, oblationarum et [funer]um aliorumque iurium quorumcumque, honoris, iurisdictionis et districtus et cuiuslibet alterius emolumenti, quod posset ex dicto oratorio provenire, / quod oratorium et oratorii seu ecclesie hedificium ac cimiterium [asserunt] iiddem decanus et capitulum in ipsorum et dicte ecclesie Sancte Marie de Utino preiudicium et

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 48 con l'ornamentazione; la* n *è ingrandita e potenziata.*
[b] *Si propone questa integrazione su inchiostro evanido.*
[c] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata.*
[d] *La* N *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata.*
[e] *La* L *maiuscola iniziale è ingrandita e potenziata.*
[f] *Da intendersi* sed.

gravamen non modicum erectum et constructum / ac erigi poterit et construi, cum sit infra limites dicte ecclesie Sancte Marie de Utino positum et constructum, infra quam parochiam non licet alicui eciam exempto construere oratoria vel capellas, et generaliter / de omnibus litibus, questionibus et controversiis que vertuntur et verti sperantur seu possunt, causa seu occasione premissorum inter ipsas partes in compromisso expressis vel non. Visis, auditis, exquisitis et diligenter examinatis / intentione, voluntate et iuribus utriusque partis, quas et que [verbo et re] coram nobis dicere, proponere e producere voluerunt, habita nobiscum et aliis pluribus deliberatione matura, considerantisque quod decet omnes / clericos, qui eiusdem sunt [corporis, immo esse sine …… voluntatis][h] et sicut fratres ad invicem astrictos in vinculo caritatis et quod unus in alterius iniuriam non prosiliat vel iacturam, pro bono pacis et concor/die, cuius tempore pacis auctor […… et ne][i] occasione discordiarum huiusmodi inter easdem partes quicquam reperiatur incongrui, quod clericalis honestatis gloriam maculet et divinam possit offendere maiestatem, / eciam ut in eodem loco nostro […… eiusdem gloriosissimi] [j] confessoris [Antonii], ad quem gerimus specialis devotionis affectum, religio naufragetur et pereat, set[k] pocius votivis convalescat augmentis, fratresque / in modestia clericalis ordinis, [sacrificium laudis et fructum labiorum suorum][l] Altissimo offerre valeant in puritate consciencie et animi puritate laudabili, invocato Christi nomine et in reverentiam sanctissime virginis / gloriose matris eius atque [beati confessoris Antonii], quorum [res] agitur, ordinamus vigore compromissi in nos facti et auctoritate arbitraria laudamus, arbitramur, diffinimus, dicimus et sententiamus in hiis scriptis / et ipsa auctoritate ab eisdem partibus ob[servari] precipimus et [utraque] parte presente, volente et consentiente huiusmodi nostram sententiam seu arbitrium promulgari et ferri, quod capella, oratorium seu ecclesia, domus, hedificia cum cimiterio / et aliis durent et inviolabiliter [perseverent], et quod in eis dictus prior et eius successores fratres ordinis Sancti Antonii hedificare possint fabricamque complere et perficere et quoscumque ordinantes et volentes se / apud dictam sepellire ecclesiam seu hospitale, ad suam recipere sepulturam, reservata illa portione pro sepultura et funere et aliis quibuscumque oblationibus et obventionibus ratione funeris et sepulture provenientibus / modo et forma infrascriptis, videlicet quod decano, canonicis et capitulo predictis sine dolo et fraude reservatis dumtaxat, quod priori et fratribus dicti ordinis supradictis inter se ipsos et familiam suam domesticam et

---

[g] *Integrazione ipotetica su macchia d'inchiostro.*
[h] *A causa dello sbavamento dell'inchiostro non è possibile integrare una parola, né quindi ricostruire puntualmente l'intera frase.*
[i] *A causa dello sbavamento dell'inchiostro non è possibile integrare una parola, né quindi ricostruire puntualmente l'intera frase.*
[j] *A causa dello sbavamento dell'inchiostro non è possibile integrare una parola, né quindi ricostruire puntualmente l'intera frase.*
[k] *Da intendersi* sed.
[l] *A causa dell'inchiostro evanido l'integrazione è soltanto ipotetica.*

commen/salem [continuam], qui secum hab[…… suis obsequantur serviciis competeat] libere sepultura et funerandi ius dictos fratres ac personas infirmorum et aliorum familiarium domesticorum continuorum ad opus et / [servicium][m] ipsorum in dicto hospitali [continue …...] seu ecclesia vel conventu et ipsius habitaculis prope sitis sive eciam hospitale, si quod imposterum hedificari contingerit. Quodque fratres dicti ordinis habitantes / […bus tamen alter ecclesiasticus ordo concedit, possint dare penitentias] et alia sacramenta ecclesiastica sibi invicem et personis superius nominatis, competat insuper ecclesie et fratribus supradictis ius sepulture / in predictis ecclesia et ci[miterio …… sepultura, ita] quod pro huiusmodi personis que sibi in dictis ecclesia vel cimiterio sepulturam [elegunt, prior] et fratres supradicti, qui nunc sunt / et pro tempore fuerint, medietatem [nomine canonice porcionis canonice ……] omnibus et singulis oblationibus et funeralibus et que nomine seu vice oblationum et funerum ac [obventionum nomine funeris et] sepulture / obventionum quoquo modo [eciam si misse] et ipsius sepulture et funeris obsequia ad aliam diem vel ad aliud tempus protrahantur decano, canonicis et capitulo et successoribus eorum sine fraude et malicia cum / integritate persolvant, a[n] [solucione] vero portionis canonice legatorum, que funus seu sepulturam non inspiciunt, ut si legaretur possessio aliqua, ager vel peccunia, eosdem priorem et fratres volumus esse liberos / et immunes. Ceterum volumus, arbitramur, dicimus et diffinimus quod predictus prior et successores sui in recompensationem interesse decani, canonicorum et capituli predictorum, quod quidem substinere pote/runt in futurum occasione funerationis [ecclesie prelibate construere] infra limites parochie eorundem, per quam [……] poterunt, obventiones et iura funeralia ac oblationes, quod emantur possessiones et / redditus annui, qui ascendant ad [summam quadraginta] librarum parvorum [……..] usque ad proximas kalendas augusti, peccunia pro emendis dictis redditibus, penes eos quos dicti decanus et capitulum infra dictum / tempus eligendos duxerunt et nominandos per dictos priorem et fratres eff[ectualiter depona]tur. Et si de dicta peccunia non fuerint empti dicti possessiones et redditus infra festum nativitatis Domini proximum, tunc dicti / prior et fratres teneantur ad [solutionem] et satisfactionem census anni presentis, hoc est quadraginta librarum, eodem deposito in manibus decani, canonicorum et capituli predictorum seu apud quos voluerint deponere / remanente, et ultra istum primum annum prior et fratres predicti ad solutionem dicti census non teneantur, eciam si redditus non emerentur predicti, qui emantur fideliter ad arbitrium boni viri. Ap/probamus insuper et confirmamus privilegia, gratias et concessiones factas dicto priori per bone memorie Nicolaum patriarcham predecessorem nostrum super constructione et hedificiis ecclesie et domus predictarum / et easdem eis [immunitates] concedimus, h[oc adiecto] quod

---

[m] *Integrazione ipotetica.*
[n] a *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*

cum dictis decano et capitulo deputati sint quadraginta librarum redditus, ut prefertur. Iidem prior et fratres eorumque successores ad oblationem / candele ceree, prout continetur in litteris eiusdem nostri predecessoris, non teneantur et ab ea totaliter sint exempti. Insuper ipsi decanus et capitulum, necnon prior eorumque successores numquam utantur / vel uti possint aliquibus oppositionibus, alega[tionibus, oppositionibus atque causis], privilegiis exemptionis, legibus, iuribus et statutis quibus nostre arbitralis sententie presens dispositio in toto vel parte minui / vel infringi possit aut sibi modo aliquo [……][o] dicimus et diffinimus ac precipimus a predictis partibus observari inviolabiliter, fieri, perfici et compleri sub pena / [centum …… medietas …… nostram][p] sententiam et mandatum, alia vero medietas [nostre] patriarchali camere applicetur. Que pena totiens committatur et / exigi possit, quotiens contrafactum fuerit […… soluta][q] vel non, predicta omnia in sua firmitate perdurent. Que quidem arbitrium, amndatum et sententiam ac omnia et singula supradicta / partes predicte presentes, volentes et consentientes […… ratificaverunt et emo]logaverunt atque in eiusdem patriarche manibus promiserunt sub pena predicta per se et eorum successores plene et invio/labiliter perpetuo observare.

Lata, lecta et publicata fuit sententia [supradicta, presentibus partibus et approbantibus], anno, die et indictione prescriptis, in castro patriarchali Utini in camera predicti domini patriarche, presentibus venerabilibus viris / dominis Percivallo de Aleriis legum doctore vicario in spiritualibus generali dicti domini patriarche, Iohanne de Carrate Aquilegens(is), Raymundo de Paona et Viviano de Pulcinicho Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis / ecclesiarum canonicis, Nicolao de Atens licenciato in legibus, nobilibus viris dominis Francisco et Pagano militibus de Savorgnano, Nicolussio de Orbittis, Andriotta de Andriottis, Odorico condam Philipussii et / Leonardo condam Gabrielis omnibus de [Utino et Castrone de Bardis] de Florentia Utini commorante et aliis pluribus. [r]

S. T. Et ego Odolricus condam Andree de Utino Aquilegensis diocesis imperiali auctoritate notarius publicus supradictique domini patriarche officialis et scriba arbitrationi, diffinitioni et publicationi predictis / aliisque omnibus suprascriptis interfui et rogatus scripsi.

---

[o] *In questo rigo comincia la lacerazione del supporto scrittorio.*
[p] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[q] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[r] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 33.*

71.

1364 novembre 4, Udine, porta Cascanano, nell'argia di Urbano

Donazione fatta da Enrico quondam ser Fricano da Castellerio ai frati del convento di S. Francesco in Udine di un manso con tutte le sue pertinenze, sito nella villa superiore di Udine alla porta Cascanano, a condizione che i frati celebrino perpetuamente l'anniversario del donatore e dei suoi genitori nelle forme e nei modi lasciati alla loro discrezione. Dona inoltre ai frati una braida sita in Poscolle di Udine, dalla rendita di quaranta denari. La donazione sarà cassata qualora il donatore recuperi la salute e comunque non avrà valore finché non avverrà l'immissione nel corporale possesso dei beni donati. Nicolussio di Pitta viene nominato nunzio in tenuta. Consuete clausole di garanzia del negozio.

Originale membr., mm 390x136, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 71.
Attergati: di mano forse del secolo XIV "Legatum factum per dominum Hendricum condam ser Frichani de Castelerio minoribus de medio manso sito Utini et una brayda in Poscolle, denariis XL de livello et uno prato de IIII setoribus". Di mano forse del medesimo notaio, ma incompleto "+ mementote de decem marchis denariorum, quas habuerunt fratres pro medio manso vendito Mussio de Talaçaria, de cuius debiti instrumento constat manu mei Iacobi in presentibus millesimo…". Di mano del secolo XIX "1364 1 novembre". In lapis, di mano del secolo XX "71 Tomo III".
Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione, salvo per lacune piccole lacerazioni lungo il margine destro, risarcite in epoca moderna. Sensibili i segni delle pliche. L'inchiostro è bene leggibile, di un marrone vivo, senza desquamazioni. Si intravedono bene le tracce della marginatura al piombo.
La scrittura è una corsiva notarile piuttosto veloce, secondo la tipologia prorpia del notaio Giacomo di Gellio da Udine.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo sexagesimo / quarto, indic(t)ione secunda, die quarto mensis novembris, presentibus / honestis et religiosis fratribus Iohanne de Morteglano, Petrobono filio / Marchesii de Utino ordinis et conventus Sancti Francissi fratrum minorum Utini, / Nicolussio cerdone condam Pitte notarii, Urbano laboratore condam V(uer)ali, / Çunutto laboratore fratre eiusdem Urbani, Bartholotto condam Iacobi Bane / omnibus de Utino, Mussio condam Marci de Talaçaia Sancte Margarete plebis / de Gronans et Nicolao dicto Blanchucio condam Blanchucii de dicta / plebe Sancte Margarete testibus et aliis pluribus vocatis et rogatis. Hendricus / condam ser Frichani de Castellerio, qui Utini morabatur, sanus per gratiam / Iesu Christi mente et sensu, licet corpore languens, pro remedio seu /

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 19.*

remissione pecatorum suorum ac salute anime sue et ad hoc ut / fratres infrascripti ordinis (perpetuo) Deum teneantur orare seu suplicare pro / anima ipsius Hendrici et parentum suorum et suum diligienter facere anuatim / aniversarium, prout discretioni eorum melius videbitur expedire, donationis / titullo, que dicitur inter vivos, que nulla ingratitudinis causa vel offensa / valeat revocari, pure, mere, libere, simpliciter, inrevocabiliter et inter / vivos per se suosque heredes de sua gaudenti tenuta et possessione dedit, / tradidit et donavit G(ui)rucio porcario condam Hermanni de Utino stipulanti / et recipienti vice et nomine ordinis et conventus Sancti Francissi fratrum / minorum Utini et pro ipsis fratribus medium unum suum mansum situm in villa / superiori Utini porte Caschanani rectum per dictos Urbanum et Çunuttum / fratres, cum domibus, curiis, sediminibus, braydis, campis, baiarçiis, / arboribus, vitibus, pratis, silvis, nemoribus, pascuis, nemoribus[b], aquarum / decursibus, aluvionibus et cum omnibus et singuli iuribus et pertinenciis ad dictum me/dium mansum. Item braydam quam tenebat Venutus Brunacii sitam / in Postcollis tabella et livellum quadreginta denariorum, quos solvebat dictus G(u)i/rucius super uno prato de quatuor setoribus in pratis A(v…)ruli et genera/liter omnia allia et singulla sua bona mobilia et immobilia cuiuscumque generis / et condicionis existentia et ubique sita locorum, ad habendum, tenendum, / posidendum, dandum, donandum, permutandum, in solutum dandum, / pro anima et corpore iudicandum et quidquid eisdem fratribus ordini et conventus / deinceps placuerit proprio faciendum, absque contraditione, repeticione dicti donatoris / suorumque heredum et cuiuslibet alterius persone, cum omnibus et singulis iuribus / et pertinenciis ad dicta bona donata atque cum omni iure et actione, usu seu riaquisicione, / servitute, dominio, honere et honore, comodo et utilitate sepedicto donatori / pro dictis bonis donatis aut ad ipsa modo aliquo spectantibus vel pertinentibus, tam / de iure quam de facto, hac condicione adiecta, quod si de presenti egretudine liberari / contingeret quod presens donacio sit cassa, vana, nullius valoris seu momenti [c] / et ne quidem bona donata dictus donator seu ipsius conventus et ordinis antedicti / nomine constituit posidere, donec ipsorum possessionem acceperit corporalem, quam acci/piendi et autoritate propria retinendi deinceps eidem licentiam omnimodam / contulit atque dedit. Promittens quod dictus donator per se suosque heredes / cum obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum dampnorum omnium / et expensarum litis et extra ac interesse refectione se obligando stipulatione solempni / eidem G(u)irucio stipulanti et recipienti pro dicto ordine et conventu dictorum / fratrum Sancti Francissi predictam donacionem factam, ut dictum est, perpetuo firmam, / ratam et gratam habere, tenere, atendere, conplere et in omnibus ob/servare, numquamque contradicere, facere vel venire per se vel per allium racione / aliqua, dolo, ingenio

---

[b] *Evidente errore di ripetizione dello scriba.*
[c] *Sembra d'intravedere un segno tachigrafico di* et *depennato.*

sive causa de iure vel de facto, sub pena dupli va/loris dictorum bonorum ut pro tempore plus valuerit vel meliorata fuerint, / minus quinque solidos Veronensium parvorum stipulationi promissa in singulis capitulis huius / contractus, qua soluta vel non, presens instrumentum in se plenum obtineat robur. / Et in hunc modum per dictum donatorem eidem G(u)irucio stipulanti, ut dictum est, / datus et assignatus fuit tenute nuncius Nicolussius Pitte antedictus, qui / dictum G(u)irucium pro dictis fratribus et ordine de dictis bonis donatis in te/nutam induceret et possessionem poneret corporalem. Actum Utini in porta / Caschanani, in argia dicti Urbani. [d]

S. T. Et ego Iacobus filius olim magistri Gelli / de Utino imperiali auctoritate notarius publicus / predictis omnibus interfui et rogatus scripsi ss[e].

[d] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 29.*
[e] *Stilizzazione meramente ornativa dell'abbreviazione di* scripsi, *come è già stato rilevato.*

72.

1365 febbraio 10, Feletto, nella curia del manso

Il nunzio della curia patriarcale Blasutto effettua l'immissione nel corporale possesso di un manso, sito in Feletto, di Giacomo lavoratore, che agisce in qualità di procuratore del convento di S. Francesco di Udine, che ha ricevuto il manso in donazione da parte di Gabriele quondam Enrico di Brazzacco superiore.

Originale membr., mm 180(182)x130(134), A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 72.
Attergati: di mano forse del secolo XIV "Instrumentum qualiter fratres minorum habuerunt possessionem mansi de Feleto consignati capitulo pro canonica portione. R(egistra)tum in secunda tabula a folio LXXX". Di mano del secolo XIX "1365 10 febbraio". In lapis, di mano del secolo XX "72 Tomo III".
Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. Di forma irregolare, presenta ancora evidenti le marginature al piombo. L'inchiostro è di discreta qualità, di marrone chiaro, ancora bene leggibile.
La scrittura è una corsiva notarile posata e calligrafica. Rispettosa del modello mcanonizzato, si presenta assai regolare e composta, con la tendenza a svolazzi, pur di gesto grafico contenuto, rispettosa del rigo immaginario e con gli assi delle lettere tutti perpendicolari tra loro.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis Domini eiusdem millesimo trecentesimo sexage/simo quinto, indicione tercia, die decimo mensis februarii, actum in villa Felleti, / in curia sediminis infrascripti mansi, presentibus Iacobo condam Bonetti de centa Ca/stelerii, Machore condam Matei de Rosaciis Utini habitantibus, Simone et Dominico fratribus / condam Venerii de Feleto, Alesius[b] condam Matei de Paderno habitante Feleti [c] testibus / et aliis pluribus. Cum Blasuttus nuncius patriarchalis curie datus fuisset / nucius[d] per laudum et sententiam, ut continetur publico instrumento scripto manu Odor/lici notarii de Civitate Austrie sub dictis millesimo et indicione, die vero septimo mensis februarii, ad inducendum in tenutam et corporalem possesionem de uno / manso sito in Feletto et de una domo sita Utini in contrata Sancti Francisci, / in qua habitabat infrascriptus ser Gabriel conventus ordinis Sancti Fran/cisi fratrum minorum de Utino, donato et donata dicto conventui, ut dicebatur / contineri[e] quodam instrumento scripto manu Iacobi notarii filii magistri Gelli cerdonis / de Utino per dominum Gabrielem condam domini Henrici de Brachacho superiori. / Idem Blasuttus vigore dicte sententie tolendo de tegimine sediminis dicti

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 17 con l'ornamentazione.*
[b] *Da intendersi* Alesio, *per errore di desinenza.*
[c] et *depennato.*
[d] *Evidente errore dello scriba.*
[e] contineri *aggiunto emarginato a sinistra delo rigo.*

/ mansi siti in Feleto recti per Cancianum dicte ville, semel, secundo et tercio, / ut moris est Foriiulii, inposuit et corporalem possesionem induxit / de dicto manso et pertinentiis suis[f] Iacobum laboratorem Utini habitantem procuratorem dicti / conventui fratrum minorum Sancti Francisi de Utino. [g]

S. T. Et ego Leonardus filius Dominici pelliparii de Utino imper/iali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus / scribere scripsi.

---

[f] et pertinentiis suis *aggiunto con nota apposta alla fine del testo e richiamata con apposito segno nel rigo.*

[g] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 26. Nello spazio è iscritta la nota sopra riportata.*

73.

1365 marzo 17, Udine, nell'abitazione di Beatrice di Prata

Testamento nuncupativo di Beatrice quondam Andrea di Prata, vedova di Gerardo di Cucagna, con il quale ella elegge a luogo della sua sepoltura la chiesa di S. Francesco in Udine, nella tomba di Caterina, la prima moglie del defunto marito. Alla chiesa e al convento lega un suo manso situato a S. Maria la Longa, a condizione che i frati paghino annualmente ai camerari della chiesa di S. Maria maggiore di Udine uno staio di frumento tratto dai redditi di quel manso, affinché esso venga convertito nelle ostie e nelle altre cose necessarie per quella chiesa; un altro staio di frumento all'ospedale di S. Maria Maddalena di Udine, affinché sia utilizzato per i poveri dell'ospizio. Con il restante dei redditi i frati dovranno celebrare annualmente l'anniversario suo e del defunto figlio Bartolo. Lega inoltre al capitolo di S. Maria maggiore di Udine millequattrocento lire di piccoli Veronesi e altre trecento lire da riscattare quale contropatto a condizione che il capitolo con l'intera somma acquisti entro due anni beni immobili, dai cui redditi per la frazione di millequattrocento lire il capitolo effettuerà annualmente distribuzioni ai poveri, alle orfane e alle nobili fanciulle povere da maritare. Per l'importo reddituale delle restanti trecento lire i canonici dovranno celebrare annualmente l'anniversario della testatrice. In caso d'inadempienza del capitolo, l'intera somma sarà destinata al comune di Udine, affinché adempia all'intenzione della testatrice. Istituisce anche dei vitalizi per il fratello Biachino di Prata e per il nipote Guecellone di Prata. Lega inoltre alla Chiesa di Aquileia la sua donna di masnada Catarussa, affinché venga manomessa. Seguono altri legati e lasciti di minore entità. Istituisce infine suo erede universale il Capitolo di S. Maria di Udine. Consuete clausole testamentarie.

Originale membr., mm 345x390, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 73.

Attergati: di mano del secolo XIV "+ Testamentum nobilis domine domine Beatricis de Prata uxoris nobilis militis domini Gerardi de Cucanea". Di altra mano coeva "Legatum unius mansi in Sancta Maria Longa factum fratribus minoribus per dominam Beatricem predictam". Tra i due attergati, di altra mano coeva "i.. data est quarta". Sotto entrabi di altra mano ancora, forse coeva "Registratum". Di mano del secolo XIX "1365 17 marzo". In lapis, di mano del secolo XX "73 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. Molto evidenti sono le tracce delle pliche, che in alcune parti hanno prodotto anche delle alterazioni del supporto con sbiadimento dell'inchiostro. Una piccola lacerazione al margine sinistro superiore, risarcita in epoca moderna. L'inchiosro è marrone chiaro, ancora molto leggibile. Molto visibile è la marginatura a sinistra; appena intuibile a destra.

La scrittura è la corsiva notarile piuttosto corrente di Serafino quondam ser Pietro Vaurino da Udine.

In[a] nomine Domini, amen. Anno a nativita[te][b] eiusdem millesimo tricentesimo sexagesimoquinto, inditione tercia, die decimoseptimo mensis marcii, actum Utini Aquilegensis diocesis, in domo habitationis infrascripte domine testatricis, presentibus / discretis viris venerabili viro domino presbitero Zanetto[c] canonico maioris ecclesie Sancte Marie de Utino, magistro Petro expendatore olim bone memorie domini Bertrandi patriarche Aquilegensis, Misulino condam Michaelis / pa(vu)re de Utino, Piulo pellipario condam Henrici Sontachini de Utino, Nicolussio condam Lupoldi de Camino, Raynoldo draperio condam ser Guillelmi olim magistri Girardi de Utino, Francisco condam Toma/sini sartoris de Utino et magistro Bassano aurifice condam Bregondii de Laude omnibus Utini habitantibus testibus ad hec vocatis et rogatis ab ore proprio infrascripte domine Beatricis testatricis et aliis pluribus. / Nobilis domina domina Beatrix filia condam nobilis viri domini Andree dicti Piley comitis de Prata et relicta condam nobilis militis domini Girardi de Cucanea, sana per Dei gratiam mente, sensu / et corpore, timens decedere intestata, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Imprimis quidem animam suam Deo / omnipotenti devotissime comendavit, elligens sibi sepulturam sui corporis apud ecclesiam Sancti Francisci ordinis fratrum minorum de Utino in monumento condam nobilis domine domine Caterine olim / prime uxoris dicti condam domini Gerardi, cuius siquidem ecclesie conventui et capitulo perpetualiter legavit unum suum mansum situm in Sancta Maria la Longha, rectum per Pelegrinum, cum conditionibus / infrascriptis, primo videlicet quod fratres et conventus dicte ecclesie Sancti Francisci annuatim ex fictibus percipiendis ex dicto manso, dare et solvere teneantur et debeant maiori ecclesie Sancte Marie de / Utino unum starium frumenti convertendi per camerarios dicte ecclesie in ostiis fiendis et necessariis in dicte ecclesia; et hospitali Sancte Marie Magdalene de Utino unum aliud starium / frumenti ad utilitatem pauperum ipsius hospitalis convertendi. Cum reliquis autem affictibus et fructibus dicti mansi fratres dicte ecclesie Sancti Francisci annuatim facere teneantur ipsius domine Betatri/cis ac condam Bartoli eius filii aniversarium die obitus dicte domine Beatricis. Item legavit venerabilibus viris dominis .. decano, .. canonicis et capitulo maioris ecclesie Sancte Marie de Utino / ob remissionem pecatorum suorum et eorum quorum fuit pecunia infrascripta mille et quadringentas libras Veronensium parvorum in una parte, et tricentas libras Veronensium parvorum, quas tricentas / libras habere debet, ut dicitur, occasione sui contrapacti in alia parte, conditionibus tamen, modis et forma infrascriptis, primo videlicet quod dicti domini .. decanus, .. canonici et capitulum qui sunt / vel pro tempore fuerint cum dictis mille et

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 27 con l'ornamentazione.*
[b] *Foro nel supporto scrittorio.*

septingentis libris Veronensium parvorum teneantur et debeant emere infra spatium duorum annorum proxime futurorum et numerandorum post mortem et a die obitus dicte / domine testatricis, in tuto loco, bona stabilia asscendentia ad valorem et summam dictarum mille et septingentarum librarum parvorum, quorum bonorum emendorum pro dictis mille et quadringentis libris parvorum / fructus, redditus et proventus dicti domini .. decanus, .. canonici et capitulum qui sunt et pro tempore fuerint, iuxta consilium et deliberationem eorundem vel maioris partis ipsorum annuatim dare et distribuere / teneantur et debeant inter pauperes, orfinas et domicellas maritandas, ubi melius et saucius eis vel maiori parti ipsorum videbitur expediri, quorum animas et conscientias in hec oneravit. / Cum reliquis autem fructibus, redditibus et proventibus bonorum emendorum pro dictis tricentis libris parvorum dicti sui contrapacti teneantur et debeant honoriffice eius facere aniversarium cum / missis, vigiliis et aliis elimosinis consuetis. Item quod si dicti domini .. decanus, .. canonici et capitulum infra spatium dictorum duorum annorum post mortem dicte domine Beatricis conputandorum / non emerint ipsa bona in tuto loco, aut nollent vel neglientes[d] essent in faciendo eius aniversarium et ordinationem eius predictam, quod statim, elapsis dictis duobus annis / post mortem dicte domine Beatricis conputandis, ipso facto et ex nunc prout ex tunc, predicta omnia per eam superius ordinata cum dicta quantitate pecunie .. camerarius et .. procuratores comunis terre Utini, / qui sunt vel pro tempore fuerint, facere, adimplere et exequi teneantur, quibus tunc dari iussit, voluit et ordinavit dictam quantitatem pecunie dictarum mille et setpingentarum librarum / Veronensium parvorum ad conplendum et exequendum omnia superius per eam ordinata, quorum camerarii et procuratorum animas et conscientias oneravit ipsisque camerario et procuratoribus dicti comunis / Utini, qui sunt et pro tempore fuerint, si ad manus eorum pervenerit onus predictorum in se retinentibus ex dictis fructibus et redditibus percipiendis ex dictis bonis emendis pro dicta quantitate / pecunie pro eorum labore valorem medie marche denariorum, quolibet anno, hoc tamen per eam addito, quod voluit valere et prevalere omnibus et singulis per eam superius legatis et ordina/tis, videlicet quod dicti domini .. decanus, .. canonici et capitulum annuatim dare et assignare debeant nobili militi domino Biachino de Prata eius fratri et domino Guezeloni[e] / eius nepoti condam domini Gabrielis de Prata equalibus porcionibus dividendos omnes fructus, redditus et proventus percipiendos et exigendos per eos vel eorum officiales ex bonis / emendis pro dictis mille libris et usque ad summam mille librarum Veronensium parvorum usque ad vitam dictorum dominorum Biachini et Guezelonis[f], si Pratam et domum suam non / intraverint, quodque si, Domino concedente, intrarent Pratam et domum suam vel si

---

[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[d] *Da intendersi* negligentes.
[e] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[f] *La* z *è resa con il segno specifico.*

non intrarent Pratam et domum suam et ipsorum bona extrinseca gauderent et possiderent, / tunc statim ipso facto prefati domini Biachinus et Guezelonus a dicta ordinatione et utilitate dictorum fructuum et proventuum sint privati, ita quod per prefatos superius deputatos tunc / distribui debeant inter pauperes, orfinas et domicellas dicti fructus, redditus et proventus annuatim, ut superius plene declaratur. Item legavit ob remissionem peccatorum suorum ac / pietatis intuytu sancte ecclesie Aquilegensis Catarussam filiam Birtul mulieris de Partinstagn eius feminam de masnata cum omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus / tam presentibus quam futuris et omnibus suis filiis masculis et feminis ex ea de cetero nascituris cum omni eorum peculio, liberam et absolutam ab omni iugo et vinculo servitutis / quo sibi astricta esset seu astringi posset ipsamque Catarussam cum omnibus bonis suis ac prolis ex ea de cetero nascituris libere manumisit dicte sancte ecclesie Aquilegensi, ita et / taliter quod ipsa Catarussa eiusque filii et filie ex ea de cetero nascituri et nasciture libere et sine contradictione dicte testatricis eiusque heredum possint et valeant contrahere, testari, / codicillari, vendere, alienare, se et suos heredes ac bona obligare et generaliter omnia et singula alia facere et exercere tam in iuditio quam extra, que quilibet homo sui iuris facere et / exercere potest dansque et assignans ibidem in nuntium et pro nuntio dicte Catarusse Nicolussium condam Lupoldi testem antedictum, qui [eam post mortem tamen][g] dicte testatricis offerat / super altari maiori dicte ecclesie Aquilegensis ipsamque ponat in tenutam et possessionem dicte ecclesie Aquilegensis, prout moris est. Cui quidem Catarusse legavit pro anno presenti, si accipiet / maritum et liberum hominem, marchas denariorum quinque, cum hoc quod si acciperet maritum hominem de masnata, quod statim ipso facto dicta catarussa ab huiusmodi legato quinque marcharum / sit totaliter privata. Item legavit pro anno presenti Adalete de Prata eius famule marchas denariorum quinque. Item legavit Parve filie condam Birtulini ypotecarii de Utino pro anima sua, / quoniam maritabitur, marchas denariorum tres. Item legavit venerabili viro domino presbitero Zanetto[h] canonico dicte maioris ecclesie Sancte Marie de Utino tria eius coclearia arigentea et unum / suum anullum aureum cum uno dyemanto intus posito, ad hoc ut teneatur Deum orare pro anima sua. Item legavit pro anno presenti cuicumque eius attinenti et propinquo qui / de iure vel consuetudine petere posset eius hereditatem iure institutionis et hereditatis soldos decem pro quolibet, de quibus voluit eum et eos esse tacitos et contentos. Item lega/vit nobilibus dominabus dominabus Pumine filie nobilis viri domini Carlevarii de Laturre et Alivisie filie condam domini Gerardi de Cucanea predicti omnia et singula eius bona mobilia / et arnesia sua per eas distribuenda inter pauperes Christi, prout melius videbitur et placebit, quarum animas et conscientias in hoc oneravit. Item iussit et ordinavit / quod omnia bona sita in Latisana et eius pertinenciis alias designata ipsi

---

[g] *Queste parole sono in parte occultate dalla plica della pergamena.*
[h] *La* z *è resa con il segno specifico.*

domine Beatrici pro suis dotibus et iuribus, videlicet pro mille et septingentis libris parvorum sint et esse debeant / libere nobilium virorum dominorum Odorici et Schinelle fratrum de Cucanea militum, ipsis fratribus dantibus et solventibus dictis dominis .. decano, canonicis et capitulo dicte maioris ecclesie / Utinensis dictas mille et septingentas libras parvorum, quas a dictis fratribus habere debet dicta domina Beatrix, ut ibidem dicebatur, per eam occasione dictarum dotium et iurium suarum. / In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus quibuscumque tam presentibus quam futuris sibi heredes universales instituit et esse voluit suprascriptos venerabiles viros / dominos .. decanum, .. canonicos et capitulum dicte maioris ecclesie Sancte Marie de Utino et hanc siquidem asseruit esse velle suum ultimum testamentum et eius ultimam / voluntatem quod et quam valere iussit iure testamenti et si iure testamenti non valeret, voluit et iussit valere iure codicillorum, et si iure codicillorum valere non posset, / voluit et ordinavit valere quocumque alio iure ultime voluntatis quo melius valere et tenere potest. [i]

S. T. Et ego Saraphinus condam ser Petri Vaurini notarii de Utino publicus imperiali / auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripssi.

[i] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 22.*

74.

1365 giugno 10, Udine, refettorio del convento di S. Francesco

Testamento nuncupativo del porcaro Guiruccio quondam Ermanno da Udine, già agente del convento di S. Francesco in Udine, con il quale elegge a luogo della sua sepoltura il cimitero della chiesa di S. Francesco in Udine, nella sua tomba. Lascia inoltre il legato di due marche ai frati del detto convento. Nomina infine suoi eredi i figli Giacomo e Niccolò. Consuete clausole testamentarie.

Originale membr., mm 174x142, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 74.
Attergati: di mano forse del secolo XIV "+ Legatum factum per Guiruçium porcarium fratribus minoribus de marchis II". Di mano del secolo XIX "1365 10 giugno". In lapis, di mano del secolo XX "74 Tomo III".
Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione, com molto evidenti tracce della amrginatura in piombo. L'inchiosro è di un marrone brillante, molto leggibile.
La scrittura è una corsiva notarile piuttosto rapida, secondo il tipo di Giacomo quondam magister Gellio cerdone da Udine.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo sexagesimoquinto, / indictione tercia, die decimo mensis iuni, presentibus Leonardo condam Iohannis Brede, / Dominicho Peç cerdone condam Egidii [b] Flumignano dicto Nigro aurifice / condam Leonardi de Savorgnano, Bertulo testore condam Iacobi de Çuglo Carnee, Fan/çutto muratore condam Marquardi de Osopio, Michaele condam Bonetti de Sotselva, / Nicolao qondam Dussii de Risano omnibus Utini habitantibus et Mamfridino dicto Sas / condam ser Danielis de Pulteba testibus et aliis vocatis et ab infrascripto testatore rogatis. / Guirucius porcarius condam Hermanni de Utino, sanus per gratiam Iesu Christi mente / et sensu, licet corpore languens, timens dubios mortis eventus, ne eum / ab intestato mori contingat, suarum rerum et bonorum omnium per presens nuncupativum / testamentum sine scriptis dispositionem in hunc modum facere procuravit. Imprimis / quidem elegit sepulturam sui corporis in simiterio ecclesie Sancti Francissi fra/trum minorum Utini in sua sepultura et monamento, cui ecclesie legavit de / bonis suis pro presenti anno et fratribus ipsius marchas denariorum duas. In omnibus / autem aliis uis bonis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris, iuribus et ac/cionibus sibi heredes instituit universales Iacobum et Nicolaum fratres filios suos / et hanc suam ultimam voluntatem aseruit esse velle, quam valere voluit iure / testamenti, quod si eo iure valere non posset, valeat

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 16 con l'ornamentazione.*
[b] de *dilavato, forse per correzione dello scriba.*

saltim iure codicillorum / vel quolibet alio iure ultime voluntatis quo melius valere potest et tenere. / Actum Utini, in refitorio ecclesie Sancti Francissi fratrum minorum. [c]

S. T. Et ego Iacobus filius olim magistri Gelli de Utino imperiali / auctoritate notarius publicus predictis omnibus interfui et a dicto testa/tore rogatus scripsi ss[d].

[c] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 23.*
[d] *Stilizzazione dell'abbraviazione di* scripsi *ridotta a semplice motivo ornamentale.*

75.

1365 giugno 29, Udine, nell'abitazione di Francesco quondam Zanni da Firenze

Il supporto scrittorio giace in cattive condizioni di conservazione: forti le tracce della plicatura, l'intero specchio grafico risulta essere stato dilavato, per azione dell'unidità e meccanica. Compaiono anche macchie di muffa e lacerazioni. La pergamena è stata sottoposta a restauro in epoca moderna. L'inchiostro è praticamente del tutto evanido, lasciando soltanto deboli tracce da riscontrare con l'ausilio della lampada di Wood. A ciò si aggiunga una probabile desquamazione dell'inchiostro. In sostanza, il documento è illeggibile a partire da circa la metà.

La scrittura è una corsiva notarile assai canonizzata, posata e regolare.

EDIZIONI E REGESTI: BIANCHI, *Indice*, n° 4532.

In[a] Christi nomine ac beate Marie se[mper][b] V[iriginis …… s]ub cuius vocabulo infrascripta capella const[r]ui debet, amen. Anno nativitatis eiusdem [Domini …… millesimo trecentesimo] sexagesimoseptimo, indictione / quinta, die penultimo marcii, [actum Utini, apud ca]pella Sancti Petri collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino, presentibus testibus providis viris Herman[no condam …… Russitti], Nicolussio condam Iacobi am/bobus de Utino, Cand[……, Tur]cho condam ser Marci de Venetiis, [Colitino] Iuhannini Zuchati[c] etiam de V[enetiis …… omni]bus Utini habitantibus / et aliis pluribus ad hec v[ocatis et …… Lucia,] Bene[venuta et Ursula] sorores filie con[dam Iohannis de ……. vocis] exposuerunt ibidem / proposuerunt construere [et const……] infra limites dicte collegiate ecclesie Sancte Marie [de Utino sub ……. Viriginis, predicte] domine Lucia, Beneve/nuta et Ursula sorores postulaverunt [……] dominis decano, canonicis et capitulo prenominate collegiate ecclesie Sancte [Marie …… Dei misericordia] prefati infrascripti domini .. / [decanus], canonici et [capitulum ……capel]lam huiusmodi construendi super quibus per infrascriptos dominos decanum, canonicos [et capitulum ……], tandem volentes dictarum / [dominarum] Lucie, Bene[venute et Ursule ……], eisdem dominabus construendi et construi facen[di …… dicte ecclesie] sub pactis et forma ac / [condicionibus …… et …… inter] venerabiles viros dominos [Raymundum de Paona …… Nicolaum dictum] Homo, Franciscum / de [……cho, Dominicum …… de U……, Bartolomeu]m condam magistri Albertini physici omnes [canonicos dicte …… capituli et successorum suo] vice et nomine ad infrascripta / tractanda […… collegiate] ecclesie Sancte Marie ad sonum campanelle, more solito, ad capitulum [congregatos, facientes capitulum et tamquam capitulum ipsius ecclesie] cum plures / tunc non essent ap[ud ……. et prefatas] dominas Luciam, Benevenutam et Ursulam sorores [fundatrices infrascripte capelle …… ex parte altera, in presentia] venerabili viri domini Geor/gii de To[rtis de Parma …… in Christo patris] et domini domini Marquardi Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche dignissimi in [spiritualibus ……. sunt hec, videlicet [d] primo quod dicta capella / [cum …… debeat subiecta[e]] dicte collegate ecclesie Sancte Marie,

---

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 51 con l'ornamentazione.*
[b] *Integrazione mediante lampada di Wood; d'ora in avanti si ometterà di indicare la medesima spiegazione.*
[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[d] *Il primno canone dell'accordo è segnalato all'inizio con un tratto di penna che disegna un riquadro.*
[e] subiecta *aggiunto nell'interlinea con segno d'inserzione sottostante.*

dominis decano, canonicis et capitulo eiusdem, sicut et quo[…… capelle dicte ecclesie, salvo semper] iure superioritatis / [Aquilegensis ecclesie ……. est ac] pro tempore fuerit, [prout in aliis capellis a]licui plebi Aquilegensis diocesis [subiectis ex iure…… prefata ecclesia Aquilegensi et domino] patriarche / [habere dignoscit…….] maioris prefate collegiate [ecclesie ac dominorum decani, canonicorum et capituli eiusdem constructa …… capelle concedat, ……] quod dicta capella / […….contiguum] seu separatum seu locum aliquem pro sepultura, nec aliqua persona ibi valeat sepelliri [in preiudicium collegiate ecclesie supradicte. Item pro……] prefati domini pa/triarche […….] dicte collegiate ecclesie expressa et [speciali] licencia, baptismim, corpus Christi, extrema [unctio, ……], mulierum benedictio, [post … mulierum] in / [ecclesiam introductio, confessionum …… impositio], et quodlibet aliud ecclesie sacramentum, preter misse celebrationem ac [domini nostri Ihesu Christi ……em ac horarum canonicarum] in cantu et voce / [psalimodia et d…… alium] legitimum sacris canonibus approbatum sacerdos seu alius minister …….ecercere seu ministrare [non au]deat / [nec …….. capella] futuris temporibus in dedicationis seu consecrationis ipsius capelle die [et …… ac in ipsius consecrationis] aniversario / […….est annis singulis fient] medietas sit et esse debeat predictorum dominorum [decani, canonicorum et capituli ……] / d[…… sacerdoti ……. cuiuscumque generis et con/ditionis existerent, …… vel alie …… quovis titulo fiende dicte capelle seu sacerdoti qui pro tempore …… concorditer vel divisim sint et esse debeant / in totum dicte capelle seu ……. predictarum acquisitionum demonstrabit de consuetudine vel de iure …… sacerdote in / dicta capella spectet et spectare debet, …… suosque heredes et successores … Item quod antequam dicta capella incipiatur construi, dicte domine …… debeant pro dote dicte capelle, / pro congruo victu et vestitu …… et dictarum dominarum fundatricium et earum heredum et successorum suorum per dominos decanum, canonicos et capitulum …… ac domini patriarche presentis / et successorum suorum, prout …… consuetudine vel de iure, in sacerdotibus constituendis in capellis …… subiectis dicte …… et pro luminaribus dicte capelle / bona infrascripta, cum sollempni stipulatione et …… bonorum presentium et etiam futurorum. Quod si prefata bona aliquod ex eis e…… dicta capella seu sacerdote eiusdem / per quamcumque personam, collegium vel universitatem ……, dicte domine fundatrices et sui heredes et successores sine cavillatione er deliberatione aliqua …… domini patriarche seu eius vicarii / in spiritualibus in eadem quantitate et …… de earum bonis, tantumdem debeant dicte capelle assignare atque tradere cum effectu ……

capella esse debeat unius sacerdotis / presentatio …… ad ipsas dominas fundatrices …… successores et ipsius confirmatio ad prefatos dominos decanum, canonicos et capitulum dicte …… prefate Aquilegensis ecclesie ac prefati domini / patriarche et successorum suorum …… aliarum capellarum dicte Aquilegensis diocesis …… ut superius est expressum. / Qui sacerdos in dicta …… possibilitas adeat continue celebret in eadem, super quibus ipsius sacerdotis qui pro tempore …… et nichilominus prout …… / …… Item in……, videlicet pro …… / …… et festi sancte Lucie die, in primis et secundis vesperis et …… teneatur / ……. Prout consuetum est …… dictis diebus ad capellas …… subiectas. Item ad …… / ……. ex quibus solvatur livellus …… decano, canonicis et capitulo exprimendo / in dictorum bonorum assigna…… dicte capelle sub vocabulo sancte Lucie construende de voluntate dictorum dominorum decani, canonicorum et capituli …… collegiate eorume ecclesie supradicte. [f]

S. T. Ego Petrus condam domini …… diocesis publicus imperiali auctoritate notarius ac patriarchalis curie Aquilegensis officialis et scriba …… omnibus et singulis presesn interfui et / ea rogatus publice …… apposui consuetum.]

[f] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 14.*

85.

1367 ottobre 24, Attimis, nel portico dell'abitazione del notaio Benvenuto da Udine

Paolo quondam Federico di Attimis vende a Giacomo detto Fiorino quondam Ezelino da Attimis, al prezzo di ventisei marche di denari Aquileiesi, contestualmente versate e quietanzate, una quarta parte del manso situato a Cergneu, nel luogo detto Pecollo, in qualità di carato del feudo marchionale di Attimis. Vende inoltre la quarta parte del terreno situato nel monte del prato, pertinente al castello nuovo di Attimis, alle medesime condizioni. Il compratore si impegna a prestare la dovuta fedeltà feudale al signore del feudo. In pegno di osservanza delle condizioni contrattuali, Paolo obbliga la sua casa d'abitazione in Attimis e mezza braida pertinente, casa e braida già di proprietà del defunto fratello Pietro. Viene nominato quale manutentore e nunzio in tenuta il testimone Amadussio, calzolaio figlio del notaio rogitante. Consuete clausole di garanzia del negozio.

Originale membr., mm 365x149, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 85.
Attergati: di mano del secolo XIV, ma in pòarte sovrascritta in mano del secolo XVII "[…] de medio manso de Pecullo super Cernee". La mano del secolo XVII, che ha sovrascritto, ha finito per rendere difficilmente comprensibile l'attergato: oltre alla data "1367", cui la solita mano del secolo XIX ha aggiunto "28 ottobre", si intuisce la scritta "Aquisto u[… re…]". In lapis, di mano del secolo XX "85 Tomo III".
Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. Lungo i margini sinistro e destro lievi lacerazioni risarcite in epoca moderna. Qualche macchia di umidità non lede la perfetta leggibilità del documento, anche per il colore nero carico dell'inchiostro.
La scrittura è una corsiva notarile piuttosto minuta e posata, con tracce di tremore nel gesto grafico. È la scrittura già conosciuta come prorpia del notaio Udinese Benvenuto.

In[a] Christi nomine, amen. Anno eiusdem Domini millesimo tricentessimo sexagessimo septimo, indi(c)tione quinta, / die octavo exeunte octubri, presentibus domino Philippo condam domini .uotti, Amadussio calcifice / filio mei notarii infrascripti, Laçaro condam Laurencii, Iacobo condam Pironi, Blasio condam / Astolfi, Simone condam Nicolai omnibus in Atemps conmorantibus testibus et alliis. Dominus Pau/lus condam domini Federici de Atemps precio et foro vigintisex marcharum denariorum Aquilegensium, / quod totum ibidem coram me notario et testibus suprascriptis confessus fuit et contentus habuisse / et recepisse ac sibi datum, solutum et numeratum fuisse a Iacobo dicto Florino condam domini / Içilini de Atems, renuncians exceptioni non habiti, non recepti, non soluti, non dati et / non numerati sibi dicti precii tempore

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 50 con l'ornamentazione.*

huius contractus et omni legum et iuris auxilio et omni / alio suo iuri[b] tam canonico quam civili cum quo se tueri vel deffendere posset, non per metum, / errorem seu circumventionem aliquam, set precio nominato, dedit, vendidit et tradidit / ac de feudo investivit iure recti et legalis feudi pro se suisque heredibus ipsi Ia/cobo predicto recipienti et ementi pro se et heredibus suis vel cui dare vel vendere voluerit, / unam quartam mansi positam in Cerneo in loco qui dicitur Pecollum iure feudi mar/chionatus de Atemps. Item quartam partem terre positam in monte prati pertinenti / dicte parti superiori iure feudi pertinenti castro novo de Atemps recta dicta quar/ta pars mansi per Simonem cum introitibus et exitibus suis usque in vias publicas, cum / sediminibus, domibus, curriis[c], ortis, baiarçiis, campis, pratis, silvis, pascu/is, paschulationibus, comuniis, pischationibus, venationibus, occhupationibus, aluviis, / vitibus, arboribus, fosatis, aquis ductibus, aquarumque decursibus, terris cultis / et incultis atque cum omni iure, actione, usu et requisitione reali et personali, utili et / directa, tacita et expressa, servitute, dominio et honore predictis bonis integre per/tinente de iure vel de facto, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donan/dum, vendendum, permutandum, obligandum, alienandum et omnem suam voluntatem facien/dum perpetuo absque omni contradictione et inpedimento dicti venditoris suorumque heredum / vel alicuius alterius persone, salvo tamen iure et consuetudine recti et legalis feudi seu / vassallatici domini vel dominorum ad quos vel ad quem feudum istut de iure spectat, / cum omnibus et singulis que dicta bona habent supra se, infra seu intra se, a celo usque / ad abissum et si dicta bona valerent plus precio supradicto, illud plus idem venditor pro se suis/que heredibus ipsi emptori et eius heredibus vel cui dederint, pure et irrevocabiliter / donavit donationis nomine quod dicitur inter vivos et non causa mortis, non valens ipsam / donatione[m] nulla ingratitudine, contrarietate seu causa revocare, et totum iure / recti et legalis feudi investivit eundem, sicut bona predicta que quidem bona se ips(um) / nomine precario possidere constituit, donec de ipsis bonis corporalem acceperit possessionem, / quam accipiendi et retinendi deinceps licentiam omnimodam ei contulit atque dedit. / Quod feudum dictus venditor pro se suisque heredibus ipsi emptori et eius heredibus renunciare / promisit in manu domini seu dominorum ad quem sive ad quos feudum istud de iure spectat / vel habet infra unum mensem postquam a dicto emptore vel eius heredibus vel ab altero eorum fuerit / requisit(us) et dare operam[d] effichacem bona fide absque suis bonis dandis, quod dicti dominus vel domini eum / vel eos de dicto feudo investiant. Qui emptor paratus fuit ipsi venditori sacramentum fi/delitatis et omagii facere tamquam vasallus facere tenetur domino suo, quod sacramentum dictus / venditor pro gratia speciali remisit eidem

---

[b] *Da intendersi* iure.
[c] *Da intendersi* curiis.
[d] operam *aggiunta in calce al testo, subito sotto l'ultimo rigo nello spazio prima dellla complectio notarile e richiamato nel documento con apposito segno.*

non preiudicando rationi emptori predicto et facere / cum investicione et refutatione huiusmodi quidquid per ipsum emptorem vel eius heredes pre/cipietur eidem, promittens stipullatione sollempni dictus venditor pro se suisque heredibus ipsi emp/tori et eius heredibus vel cui darent dicta bona cum omnibus ad ea pertinentibus, ut dictum est, ab / omni homine, ecclesia, persona, collegio et universitate legitime in ratione deffendere, ma/nutenere, auctoriçare ac in solidum disbrigare ante omnem hominem et personam et numquam / de dictis bonis vel de eorum parte litem vel questionem aliquam facere vel movere, nec moveri / consentire, nec contra predicta vel aliqu(id) predictorum per se vel alium seu per interpositas personas aliter facere / vel venire ratione aliqua, dolo, fraude, ingenio sive causa de iure vel de facto, sub / obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum et dampnorum omnium et expensarum refectione, cre/dendo de dampnis et expensis solo verbo suprascripti emptoris sine sacramento, (titulo) vel / alia probatione legitima ac sub pena dupli valoris dictorum bonorum minus V sollidos parvu/lorum secundum quod pro tempore plus valuerint vel fuerint meliorata, que vero pena cum omni / effectu totiens peti et exigi possit quociens contrafactum fuerit, ea que soluta vel non, / predicta h(ic) omnia et singula suprascripta perpetuo firma sint et rata. Pro quibus omnibus atten/dendis et firmiter observandis ac predicta bona manutenendis et deffendendis / ipsi Iacobo Florino suisque heredibus vel cui daret dictus dominus Paulus pro se suisque heredibus / consignavit et obligavit unam suam domum in Atemps, in qua ipse dominus moratur, et / mediam braidam iuxta dictam domum, que domus et braida fuerunt condam Petri fratris / dicti domini Pauli et alia omnia sua bona, si pro predictis dampna aliqua inde inveni/ret vel sustineret, et quod dictus emptor suique heredes sive cui dederit, possint / et valeant, si casus acciderit, coram quolibet dominio convenire tam ecclesiastico quam civi/li. Pro predictis omnibus manutenendis et deffendendis ipsius creditoris suorumque / heredum deffensionibus, exceptionibus cessantibus et remoris hinc ad finem litis da/tus que fuit per ipsum venditorem ipsi emptori Amadussius testis supradictus nuncius / tenute ad ipsum emptorem ponendum in tenutam et corporalem dictorum bonorum posses/sionem. Actum in Atemps in portichu domus mei notarii infrascripti. [e]

S. T. Ego Benevenutus de Utino imperiali auctoritate / notarius predictis omnibus interfui et rogatus publice scripsi.

---

[e] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 17. Nello spazio compare l'integrazione di cui alla nota precedente.*

86.

1367 novembre 24, Udine, nella chiesa di S. Maria maggiore

Frate Francesco da Artegna, del convento domenicano di S. Pietro martire di Udine, in qualità di procuratore del convento di S. Pietro martire, emette quietanza verso prete Domenico da Basagliapenta, canonico di S. Maria maggiore in Udine, in qualità di procuratore della collegiata di S. Maria di Udine, per cinquecento marche di piccoli Veronesi, contestualmente versate, e legate al convento domenicano da Beatrice di Prata, vedova di Gerardo di Cucagna, dopo aver nominato erede universale il capitolo della collegiata anzidetta. Consuete clausole di garanzia del negozio.

Originale membr., mm 340x165, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 86.
Attergati: di mano del secolo XIV "Instrumentum finis et remisionis de quingentis libris legatis per dominam Beatricem fact(e) a fratribus predicatoribus". Di mano del secolo XIX "1367 24 novembre". In lapis, di mano del secolo XX "86 Tomo III".
Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. Compaiono soltanto macchie di polvere e qualche alone di umidità lungo i margini.
La scrittura è una corsiva notarile posata e calligrafica, assai aderente al modello canonizzato. È la scrittura che conosciamo del notaio Pietro quondam Franceschino da Fosdenova.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimoseptimo, indictione quinta, / die vigesimoquarto mensis novembris, actum Utini in maiori ecclesia Sancte Marie de Utino prope / altere maius, presentibus testibus sapiente[b] et providis viris domino Iohannino de Pratta iuris perito, Petro / condam Zanoni[c] de Locha de Regio notario, Bartholomeo condam Iohannis de Paona, Nicolao condam Morundi[d] de / Archolonian(is) de Utino, Tussino monaco dicte ecclesie et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et rogatis. / Ibique honestus et religiosus vir frater Franciscus de Artenea ordinis fratrum predicatorum Sancti Petri martiris de Utino procurator et sindicus ac procuratorio et sindicario nomine .. prioris, fratrum, conventus et monasterii / Sancti Petri martiris predicti de Utino ordinis predicti fratrum predicatorum, ut de sindicatu et procuratorio huiusmodi / patet quodam publico instrumento scripto manu Donnini notarii filii Augustini de Utino sub anno Domini millesimo trecentesimo / sexagesimo sexto, indictione quarta, die sextodecimo mensis maii a me infrascripto notario viso et lecto, fuit contentus et / confessus se realiter et numeraliter habuisse

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 32 con l'ornamentazione.*
[b] *Piuttosto insolta questa discrepanza nelle desinenze.*
[c] *La* z *è resa con il segno specifico.*
[d] *Vi sono ragioni per ritenere inesatta questa lezione dello scriba.*

et integre recepisse nomine et vice dictorum .. prioris, fratrum, conventus et / monasterii Sancti Petri martiris de Utino a venerabili viro domino presbitero Dominico de Basaglapenta canonico dicte maioris ecclesie / Sancte Marie de Utino sindico et procuratore venerabilium virorum dominorum .. decani, canonicorum et capituli predicte maioris ecclesie Utinensis, / ut de sindicatu et procuratorio huiusmodi patet quodam publico instrumento scripto manu Petri condam Zanoni[e] de Locha de Regio publici / imperiali auctoritate notarii sub anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo sexagesimosexto, indictione quarta, die quintode/cimo mensis iulii a me infrascripto notario viso et lecto, dante et solvente vice et nomine predictorum dominorum decani, canonicorum / et capituli dicte maioris ecclesie Utinensis tamquam heredum et hereditario nomine condam nobilis domine domine Beatricis de Pratta / uxoris condam nobilis militis domini Gerardi de Cuchanea heredis et hereditario nomine condam domine Ma(n)bilie uxoris / olim nobilis militis domini Conradi Boyani de Civitate Austria libras quingentas solidorum Veronensium parvulorum / per ipsam condam dominam Ma(n)biliam antedictis dominis priori, fratribus, conventui et monasterio Sancti Petri martiris / de Utino in suo ultimo testamento legatas, ut de legato huiusmodi quingentarum librarum patet ex testamento ipsius / condam domine Ma(n)bilie in publicam formam redacto, scripto manu Baptiste condam Iohannis de Sancto Thoma notarii publici, / extracto de notis condam Gabrielis de Fagedis publici imperiali auctoritate notarii sub anno nativitatis Domini millesimo / trecentesimo sexagesimotertio, indictione prima, die decimo mensis octubris, etiam a me infrascripto notario viso et / lecto, renuncians idem frater Franciscus sindicario nomine predicto exceptioni non habitarum, non receptarum et sibi / quo supra nomine non numeratarum dictarum quingentarum librarum solidorum Veronensium parvulorum tempore huius contractus a dicto domino / presbitero Dominico dante et solvente nominibus quibus supra et omni alii iuris et legum auxilio tam canonico quam / civili quo se et dictos priorem, fratres, conventum et monasterium tueri possent a contentis in instrumento / presenti, faciensque idem frater Franciscus sindicario et procuratorio nominibus quibus supra de expresso consensu et volun/tate fratrum Francisci de Venetiis prioris dicti monasterii Sancti Petri martiris ac Ulvini de Castillerio / conventualis dicti monasterii ibidem presentium volentium et consentientium eidem presbitero Dominico sindicario nomine / predicto stipulanti et recipienti vice et nomine dictorum dominorum decani, canonicorum et capituli heredum et hereditario nomine / antedicte domine Beatricis heredeis domine Ma(n)bilie supradicte de predictis quingentis libris solidorum Veronensium parvulorum, ut / superius est expressum, finem, quietationem, absolutionem perpetuam ac pactum de ulterius de dictis quingentis libris / aliquid non petendo, liberans et absolvens sindocario nomine predicto prefatum dominum presbiterum Dominicum quibus /

---

[e] *La* z *è resa con il segno specifico.*

supra nominibus ac prefatos dominos decanum, canonicos et capitulum hereditario nomine dicte domine Beatricis heredis / domine Ma(n)bilie sepedicte a solutione et debito dicti legati predictarum quingentarum librarum solidorum Veronensium parvulorum. / Predictas autem confessionem et receptionem ac finem et remisisonem et omnia alia et singula in hoc / instrumento contenta prefatus frater Franciscus sindicario et procuratorio nominibus quibus supra cum obligatione / omnium dictorum dominorum prioris, fratrum, conventus et monasterii bonorum mobilium et immobilium / presentium et etiam futurorum, promisit michi notario infrascripto tamquam persone publice sollempniter stipulanti et recipienti vice et / nomine omnium et singulorum quorum interest vel interesse poterit in futurum, firma, rata et grata habere / atque tenere et non contravenire vel facere aliqua ratione vel causa de iure vel de facto, sub / pena dupli eius de quo questio moveretur, minus quinque solidos Veronensium parvulorum, qua soluta vel non, presens / tamen instrumentum et omnia in eo contenta in omnibus obtineant perpetuo plenum robur. [f]

S. T. Ego Petrus condam domini Francischini de Fosdenova Lunensis diocesis publicus imperiali / auctoritate notarius ac patriarchalis curie Aquilegensis officialis et scriba predictis omnibus / et singulis presens interfui et ea rogatus publice scripsi meumque signum apposui / consuetum.

[f] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 12.*

87.

1368 ottobre 3, Udine, chiesa di S. Maria maggiore, nella cappella di S. Pietro

Il Capitolo della collegiata di S. Maria di Udine nomina suo procuratore presso la Curia romana il canonico udinese Giacomo quondam Turre. Consuete clausole di garanzia e salvaguardia del procuratore.

Originale membr., mm 545x363, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 87.
Attergati: di mano del secolo XIV "Sindicatum capituli ecclesie Utinensis productum per dominum Iacobum Ture canonicum Utinensem die penultima ianuarii, VII indictione".
Il supporto scrittorio giace in discrete condizioni di conservazione, ma porta molto marcate le tracce della plicatura, con lacerazioni in corrispondenza degli angoli. Inoltre diffuse inflitrazioni di umidità hanno fatto sbiadire l'inchiostro, specialmeten in corrispondenza del primo quinto superiore del testo e agli inizi dei righi dell'ultimo quinto. La lettura in questi punti risulta assai difficile, anche con l'ausilio della lampada di Wood.
La scrittura è una corsiva notarile posta, che si è già inotrata negli altri documenti del notaio Pietro quondam Franceschino da Fosdenova.

In[a] Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, indicione sexta, die martis tercio mensis octubris, actum (Utini) Aquilegensis diocesis, in cappella Sancti / Petri [contigua immediate collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino, ubi consuevit capitulum ipsius ecclesie congragari, presentibus testibus venerabilibus et providis viris dominis presbiteris Iosepho / Sancti Odorici de Agello et Iacobo de Utino Sancti Petri de Tercento dicte Aquilegensis diocesis plebium plebanis, Gervasio et Iohanne …… beneficiatis in dicta ecclesia / Sancte Marie de Utino, nobile et prudenti viris L…… C…… de Ianua Utini habitante, Iacobo notario condam magistri Gelli de Utino et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter / et rogatis. Congregato et convocato capitulo dicte collegiate ecclesie Sancte Marie de Utino in predicta capella Sancti Petri, in quo quidem capitulo interfuerunt venerabiles viri / domini Raymundus de Paona, …… Lucie, Nicolaus dictus Homo, Franciscus de Pulcinicho, Dominicus de Basaglapenta, Bartholomeus de ……ate de / Cumis, Michael de ……, Iacobus condam Ture de Civitate Austria diaconus, Nicolaus condam Blasii de T……, ……condam magistri / Albertini (phisici), …… omnes canonici dicte collegiatre ecclesie Sancte Marie de Utino, facientes et constituentes capitulum …… tamquam integrum capitulum / ipsius ecclesie ad …… specialiter …… ad capitulum ad sonum campanelle more et loco predicto solitis et consuetis congregati adinvecem

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 66 con l'ornamentazione*.

et in unum, cum tunc non essent nec / sive plures canonici apud ipsam ecclesiam presentes et personaliter residentes, prenominatus dominus Raymundus decanus et ……pro …… ecclesia predicta et capitulo ipsius co../…. concorditer et unanimiter, vice et nomine suis et dictorum ecclesie et capituli ac omnibus modo, via, iure et forma quibus melius et efficacius potuerunt, fecerunt, creaverunt, costi/tuerunt et ordinaverunt suum et cuiuslibet eorum et dictorum ecclesie et capituli verum et legitimum procuratorem, sindicum, actorem, factore, negociorum gestorem, defensorem, excusa/torem, nuncium specialem et quidquid melius et efficacius esse potest venerabilem virum] dominum Iacobum condam Ture predictum eorum [et dicte ecclesie canonicum, ibidem presentem et acceptantem / et huiusmodi mandatum in se sponte suscipientem, specialiter ad comparendum et se presentandum coram sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino Urbano divina providentia papa V / ac coram quibuscumque …… sacri palacii apostolici et iudicibus delegatis et subdelegatis ab ipso domino nostro papa et coram quocumque alio …… auctoritatem et potestatem …… / et commissario seu commssariis deputatis vel deputandis et] ipsorum quolibet in Romana curia et alibi ubicumque [expedierint, ad presentandum, interveniendum et …… / instrumenta requisitionum per ipsos dominos decanum et canonicos seu eorum] et dictorum ecclesie et capituli sindicum et procuratorem tam a …… fratribus, guardiano et / aliis fratribus monasterii Sancti Francisci de Utino ordinis fratrum] minorum pro se et eorum conventu dicti monasterii Sancti [Francisci quam a .. vicario et subpriore et non]/nullis [aliis fratribus monasterii Sancti Petri martiris de Utino] ordinis fratrum predicatorum pro se et eorum conventu [dicti monasterii Sancti Petri martiris factaurm sub instan]/tibus [millesimo et indictione, die viegsimooctavo mensis] septembris proximo elapso, ut Clementinam illam, videlicet dudum [… de ……cet et in ea legitur et seri]/osius continetur [de verbo ad verbum tam pro temporibus retroactis], quam presentibus et futuris debeant in omnibus et per totum effectualiter [observare et a prefato domino nostro papa ac] quibus/cumque aliis [auditoribus sacri palacii apostolici et iudicibus delegatis] et subdelegatis [ab ipso domino nostro] papa et a quocumque alio ad hec auctoritatem et potestatem habentem] ac commissario seu / commissariis [deputatis vel deputandis et ipsorum quolibet] in dicta Romana curia et alibi ubicumque expedierit ad impetrandum [et obtinendum quecumque privile]gia et rescripta / [et quascumque alias litteras apostolicas tam simplices quam legendas] gratiam seu iustitiam continentes et quibuscumque litteris, privilegiis [et rescriptis contra prefa]tos dominos constitu/entes [seu eorum ecclesiam et capitulum impetratis sive impetrandis opponen]dum, narrandum et contradicendum, iudices et loca [eligendum et recusandum et in eis] conveniendum / et [si, ubi, quando et quotiens necesse fuerit et videbitur] dicto eorum et dictorum ecclesie et capituli sindico et procuratori et substituendis [ab eo coram sanctissimo] domino nostro papa eiusque / sacri palacii apostolici [auditoribus ac iudicibus et commissariis]

ac delegatis et subdelegatis et delegandis, deputatis et deputandis [et ipsorum quolibet pro] predictis omnibus et singulis / suprascriptis et [connexis, dependentibus et emergentibus ab] eisdem et ipsorum quolibet, ac in omnibus et singulis aliis suis [et dictorum ecclesie et capituli litibus], causis, questionibus, contro/versiis seu querelis, quas h[abent vel habere possent] seu sperant occasione quacumque cum quibuscumque personis tam ecclesiasticis quam secularibus, [comuni, collegio], capitulo et universitate tam in dicta / Romana curia quam etiam extra dictam curiam, in quibuscumque locis et terris et coram iudicibus quibuscumque seu locorum ordinariis, ad [agendum, excusandum], petendum et defendendum, / libellum seu libellos et quascumque petitiones alias dandum et recipiendum, respondendum, excipiendum et replicandum, litem et lites contestandum, [de ca]lumpnia et veritate dicenda / et cuiuslibet alterius generis licitum iuramentum in animas ipsorum constituentium prestandum, ponendum et articulandum, positionibus et articulis [respondendum, testes], instrumenta, privilegia et / iura ac probationes [quaslibet alias producendum et pro]ducta per partem adversam videndum, impugnandum, opponendum, contradi[cendum, excipiendum et reprobandum, exce]ptiones cuiuscumque / generis proponendum et producendum tam … quam in] scriptis, replicandum, triplicandum et quadruplicandum, iudices [et notarios eligendum et eos recusandum], suspectos et / [confidentes dandum, testes ……] videndum, contra testes et eorum dicta et attestationes dicendum et opponendum, …… obiectandum et opponendum et / probandum, terminos et dilationes petendum], de loco et locis conveniendum, accusandum et denuntiandum, unum et plures procuratores [et sindicos looc sui substituendum] semel et / pluries et eos et eorum [quemlibet r…ndum] et procurationis officium in se resumendum, hoc tamen procuratorio in suo robore permanente, [contraponendum, compromittendum], pactandum, / et [transigendum et compromissum vallandum cum clausulis, obligationi]bus et penis ad predicta necessariis et opportunis, in causa et causis concludendum [et concludi] videndum / et petendum, allegandum [et allegari faciendum, consultores quoque] eligendum et contradicendum, beneficium in integrum restitutionis et [absolutionis simpliciter et] ad cautelam / quo[tienscumque expeditus fuerit petendum et obtinendum, allegandum] et allegari faciendum, sententiam et sententias tam interloq[uutorias quam diffinitivas fieri pe]tendum et audiendum / [et ab eis et ipsorum qualibet tam … quam in scriptis appellandum et provoca]ndum et appellationes prosequendum, appellos semel et pluries, [quotiens opur fuerit, cum instantia ac] instanter / et [instantissime petendum et recipiendum, et generaliter ad omnia] alia et singula faciendum, gerendum et procurandum que in premissis omnibus et [singulis et ipsorum] quolibet ac conexis / [dependentibus et emergentibus ab eisdem et ipsorum quolibet necessaria] et opportuna fuerint seu utilia videbuntur et que causarum merita postula[nt et requirunt et que] quilibet verus et / [legitimus procurator et sindicus et ipsimet constituentes facere possent, si] personaliter interessent, etiam

si mandatum exigerent speciale, nec non si maiora sint quam in presenti mandato contineantur. / [Dantes et concedentes dicto eorum sindico et procuratori et substituendis] ab eo et cuilibet ipsorum in solidum plenum, liberum, generale et [speciale man]datum, cum plena, libera, generali et / [speciali administratione in premissis omnibus et quolibet premissorum agendi, dicendi], exercendi, faciendi et procurandi totum et quicquid eidem procuratori et sindico ac substituendis ab eo et ipsorum / [cuilibet in solidum melius et utilius placuerit et videbitur expedire, prom]ictentes quoque prefati constituentes michi notario infrascripto tamquam [persone publice solleniter stipulanti et recipienti] nomine et / [vice omnium et singulorum … [b] vel interesse poterit quomodolibet in futurum se perpetuo firmum, ratum et gratum habere et tenere omne id et quicquid per dictum eorum sindicum et procuratorem / et substituendos ab eo et ipsorum quemlibet in solidum actum, factum, gestum et procuratum] extiterit [in premissis omnibus et qualibet premissorum, et volentes dictum eorum et dictorum ecclesie et capituli sindi/cum et procuratorem et substituendos ab eo et ipsorum quemlibet in solidum ab omni] satisdationis onere relevare [et ex nunc eosdem in solidum relevantes, promiserunt michi notario infrascripto stipulanti et recipienti ut supra / de iudicio sisti et iudicatum solvendo in omnibus clausulis opportunis sub] omnium suorum et [dictorum ecclesie et capituli ypotheca et obligatione bonorum tam presentium quam etiam futurorum et / ipsos ipsorum nomine et vice et nomine dictorum ecclesie et capituli pro dicto eorum] sindico et procuratore et subs[tituendis ab eo fideiussores constituentes sub dictorum et suorum et ecclesie ac capituli omnium / ypotheca et obligatione bonorum. [c]

S. T. Ego Petrus condam domini Franceschini de Fosdenova Lunensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius et patriarchalis curie Aquilegensis officialis et scriba predictis omnibus et singulis / presens interfui et ea rogatus ac de mandato dictorum dominorum decani et canonicorum publice scripsi manuque signum apposui consuetum].

---

[b] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[c] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 16.*

88.

1369 aprile 10, Udine, nell'abitazione del testatore

Testamento nuncupativo di Raimondolo da Lissone, con il quale egli elegge a luogo della sua sepoltura la chiesa collegiata di S. Maria in Udine, nella cappella di S. Niccolò. Lega alla fabbrica della chiesa una marca di denari aquileiesi. Inoltre stabilisce che i suoi eredi versino una marca annua per il suo anniversario da celebrare nella medesima chiesa. Nel caso d'inadempienza dei suoi eredi, la detta marca dovrà essere prelevata dai redditi dei suoi beni situati in S. Maria la Longa, affinché i camerari della chiesa provvedano alla celebrazione dell'anniversario. Lega poi un'altra marca di denari da trarsi dai redditi di tutti i suoi beni per dotare il sacerdote che officerà nella cappella di S. Niccolò, riservando il giuspatronato ai suoi eredi e agli eredi del quondam Giovannolo da Lissone. Nomina infine suoi eredi universali in parti eguali i suoi figli in età pupillare Antonio e Bartolomeo.

Originale membr., mm 355x134, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 88.
Attergati: di mano del secolo XIV "Presbiteri Iohannis Britulini". In capite una mano forse del secolo XVII ha ampiamente rimaneggiato, sovrascrivendo, un attergato probabilmente coevo del documento: "1369. Particula testamenti quondam Raymundoli de Lissono, qui legavit unam marcham denariorum expendenda in ecclesia maiori pro suo anniversario fiendo et unam macham sacerdoti officienti super altare Sancti Nicolai in dicta ecclesia". Appena s'intravede un "Registratum". A fianco di quest'ultimo, di mano del secolo XVII "Sancti Nicolai". A lato dell'anno una mano del secolo XIX ha aggiunto "10 aprile". In lapis, di mano del secolo XX "88 Tomo III".
Il supporto scrittorio giace in buone condizioni di conservazione. Tracce di polvere e lievi macchie d'umidità diffusa non alterano minimamente la perfetta leggibilità del documento. Molto forte la plica che attraversa l'intera pergamena in senso verticale al primo terzo sinistro. L'inchiostro è nero opaco. Qualche desquamazione dell'inchiostro non richiede ausili perticolari per la lettura.
La scrittura è una corsiva notarile un poco corrente, secondo il tipo proprio del notaio Serafino quondam Pietro Vaurino da Udine.

In[a] nomine Domini, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo / sexagesimo nono, indictione septima, die decimo aprilis, actum Utini Aquilegensis / diocesis, in camera domus habitationis infrascripti testatoris, presentibus nobili viro ser / Bartholameo filio nobilis viri domini Dyetalmi de Pers, necnon discretis / viris dominis presbiteris Iacobo olim Simonis de Samardencha plebano Tercenti, / Francisco condam magistri Bartholamey feratoris de Utino et Iohanne condam Martignaci / officiantibus in maiori ecclesia Sancte Marie de Utino, Culussa

[a] *La* I *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 22.*

Utini habitante / condam ser Simonis Bombeni de Florentia, Francisco notario condam Odorici Miuliti / de Utino, Francisco condam Francini de Utino, Pertoldo Utini habitante filio ser Ni/colai de Viena et magistro Leonardo sartore de Carnea Utini habitante / testibus ad hec vocatis et rogatis ab ore proprio infrascripti testatoris et aliis / pluribus. Providus vir Raymondolus Utini habitans condam domini Gracii / de Lissono, sanus per Dei gratiam mente et sensu, licet corpore lan/guens, timens decedere intestatus, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem / per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere / procuravit. Imprimis quidem ellegit sibi sepulturam in dicta ecclesia / Sancte Marie de Utino in capella Sancti Nicolai, cuius siquidem ecclesie / fabrice pro anno presenti legavit unam marcham denariorum. Et inter cetera / legata, que idem testator fecit in suo ultimo testamento, talia / fecit legata hiis verbis expressa. Item legavit, iussit et manda/vit quod per heredes suos infrascriptos fiat annuatim aniversarium suum in / dicta ecclesia cum una marcha denariorum Aquilegensium expendenda / pro anima dicti testatoris, secundum quod suis heredibus infrascriptis melius videbitur. / Et si eius heredes infrascripti recusarent seu nollent facere dictum / eius aniversarium cum dicta marcha denariorum annumatim, quod dicta / marcha denariorum annuamtim solvi debeat super omnibus suis bonis / sitis in Sancta Maria lalongha, rectis per Morassium Liuri, Vertium / et Aulinum ac Beltramum pro dicto eius aniversario fiendo per / camerarios dicte ecclesie, qui pro tempore fuerint. Item legavit perpetualiter / unam marcham denariorum Aquilegensium solvendam annuatim super omnibus suis / bonis per heredes eius infrascriptos, cuilibet sacerdoti officianti ac / celebranti super altare Sancti Nicolai in dicta ecclesia elligendo / et deputando per nepotes et filios condam domini Iohannoli de Lissone / ac filios suos infrascriptos. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus / et immobilibus, iuribus et actionibus quibuscumque Antonium maiorem / quoatordecim annis, ut ibidem dixit dictus testator, et / Bartolameum pupillos eius filios sibi heredes equaliter / instituit, cum certis substitutoribus declaratis in ipso testamento. / Et hanc seiquidem asseruit esse velle suum ultimum testamentum / et eius ultimam voluntatem, quod et quam valere iussit iure / testamenti, et si iure testamenti valere non posset, voluit et / iussit valere iure codicillorum, et si iure codicillorum non / valeret, ordinavit valere quocumque alio iure ultime voluntatis / quo melius valere et tenere potest. [b]

S. T. Et ego Saraphinus condam ser Petri Vaurini notarii / de Utino publicus imperiali auctoritate notarius / predictis omnibus interfui et rogatus scripssi.

---

[b] *Tra il testo e la complectio notarile intercorre uno spazio di circa mm 22.*

89.

1369 luglio 30, Udine

Diploma dell'imperatore Carlo IV con il quale concede al patriarca Marquardo la refusione delle spese affrontate per l'Impero in Italia. L'ammontare della somma di refusione è di diecimila fiorini, da trarre dalla somma di cinquantamila fiorini per la quale è impegnato verso l'imperatore il vicario imperiale Cansignorio della Scala. Condizione posta è che il patriarca sia soddisfatto della quinta parte di qualsiasi somma perverrà alla camera imperiale del debito anzidetto.

Originale membr., mm 204x260, A.C.U., *Pergamene capitolari*, vol. III, n° 89.

Attergati: nota di cancelleria "ad relacionem domini .. cancellarii Petrus scolasticus Lubucensis". Di mano del secolo XIV "Donatio facta domino M. patriarche de aur(eis) decemmillibus seu quinta parte peccuniarum exigendarum a domino Cane segnor de Lascala". Sopra compare un attergato che potrebbe essere la nota del cancelliere: è composto da un "R" maiuscola ornata e potenziata e da due parole che sono difficilmente leggibili a causa dello sbiadimento dell'inchiostro provocato anche dal passare della plica di sigillatura. La lettera potrebbe essere "Registratum", le altre due parole sembrano essere "Willelmus Cortelang…". Di mano del secolo XIX "1369 30 luglio". In lapis, di mano del secolo XX "89 Tomo III".

Il supporto scrittorio giace in discrete condizioni di conservazione: molto forti sono i residui delle plicature, specie nel verso. La sigillatura ha lasciato i rituali due fori in basso, ma acnhe due corrispoindenti lacerazioni in alto, tanto da rovinare in due punti il terzo rigo di scrittura. Qualche macchia di umidità e color vinaccia. Molto regolare il suppoerto scrittorio, esso denota la rigatura al piombo. L'inchiostro è nero ancora un poco brillante, ma con diffuse desquamazioni, non tali da rendere difficile la lettura. Deperdito - naturalmente – il sigillo.

La scrittura è una corsiva cancelleresca molto calligrafica, con retaggi di libraria coeva. Essa aderisce al modello canonico della scrittura di cancelleria imperiale del periodo, che tradisce molto una derivazione notarile. Sono assenti le caratteristiche cancelleresche, se non in svolazzi nelle aste discendenti, con la tendenza all'uncino.

EDIZIONI E REGESTI: BIANCHI, *Indice*, n° 4574. *

Karolus[a] quartus divina favente clementia Romanus imperator semper augustus et Boemie rex / venerabili Marquardo Aquilegiensi patriarche principi consiliario et devoto suo graciam[b] / suam et omne bon[um][c]. Habito respectu ad multiplices labor[es et][d] expensas latissimas, quibus / ad

[a] *La* K *maiuscola iniziale è ingrandita, potenziata e ornata di circa mm 32.*
[b] *L'esecuzione della* c *è pasticciata: probabile errore corretto.*
[c] *Lacerazione del supporto scrittorio.*
[d] *Lacerazione del supporto scrittorio. Si propone questa integrazione.*

honorem sacri Romani imperii in partibus Italie devoto studio laborasti, ut aliqualis de / tot et tam multiplicibus dampnis tibi fiat refusio, animo deliberato sano procerum ac fidelium / nostrorum accedente consilio, de certa nostra scientia, de summa quinquaginta milium florenonurm, / in quibus maiestati nostre obligatur nobilis Cansignor de Lascala Veronensis vicarius, quintam / partem harum serie deputamus, ea condicione, ut sive tota pecunia seu pars eius aliquo/ta proveniat in omnem eventum quinta pars eius dumtaxat quod obvenerit tuis debe/at usibus applicari. Presentium sub imperialis nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum / datum Utini, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimonono, inditione septima, III / kalendas augusti, regnorum nostrorum anno Romani vicesimoquarto, Boemie vicesimo/tercio, imperii vero quintodecimo.

S. P. D.